Mathias Moravus: 1475-1492.

[25] CICERO (Marcus Tullius). Orationes selectae. (Ed. by Junianus Maius).
Roman Letter. 108 *leaves* (*last blank*), 35 *lines.*
Folio, *old vellum.*
Naples, Mathias Moravus, 1480.

First Edition of this selection of Cicero's Orations compiled by Junianus Maius, a Neapolitan. Printed in the handsome Roman type of Moravus, which rivals that of Jenson.

A fine copy of a rare edition.

¶ Hain *5130. G.W. 6772. Brit. Mus. Incun. VI, 863. Proctor 676. Fava et Bresciano II, 107.

Rare Book Dept.
No. Q.403.77
The Public Library of the City of Boston.

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Boston Public Library

https://archive.org/details/orationesselecta00cice_0

X*Q.40377

IVNIANVS MAIVS EQVES NEA POLITANVS LECTORI .S.D.

Has pauculas ſaltem Ciceronis orationes lector ſi te legere nō pigebit nec ſtudii pœnitebit : Quamuis fortaſſe ad philoſophorū profeſſionem : aut legum ſanctionem audiendam lucri te ſpes rapiat .Neminem tamen decet latinis imbutum litteris a latinitatis parente abire immunem : Nam ſi loquendi uim : ſi uerborū conſuetudinem ab hoc accipies:nunq̄ in ſalebroſam incides ōronem: Sed quocunq; tendas & ornatior apparebis & capatior intelliges: Deguſtabis tantam rerum cognitionem : tātamq; morum ſanctitatem : ut quocunq; iter affectes: expeditior ſit curſus: & fructus uberior : Simul quæcūq; tractabis politiora efficies & luculentiora . Mallem tamen non defloratum : ſed uniuerſum Ciceronem & ſemper & ab omibus addiſci. Eſt enim harum tam difficilis delectus q̄ cæterarum improbatio:Sed quos aut rerum tenuitas impedit:aut feſtinatio agit:tanq̄ incōpendiariam uiam adducemus. Hoc itaq; ſit tuū tyrociniū : ut paratior & audacior tuæ acri militiæ aſſueſcas .Nanq; ſolum quo ſubactius erit eo tenacius iacta ſemina fouebit : frugeſq; proinde prouenient certiores Vale.

M.T.C. PRO LEGE MANILIA: SIVE DE LAVDI BVS. CN. POMPEII: SIVE DE IMPERATORE DELI GENDO ORATIO

Vanq̃ mihi ſemper frequens conſpectus ueſter multo iocundiſſimus: hic autē locus ad agendū ampliſſimus: ad dicendum ornatiſſimus eſt uiſus Quirites: tamē hoc aditu laudis: qui ſemper optimo cuiq; maxime patuit: non mea me uoluntas: ſed meæ uitæ ratōnes ab ineunte ætate ſuſceptæ prohibuerūt Nam cum antea per ætatem nondū huius auctoritatem loci contingere auderem: ſtatueremq; nihil huc niſi perfectū ingenio: elaboratum induſtria afferri oportere: omne meum tempus amicorum temporibus tranſmittendū putaui. Ita neq; hic locus uacuus unq̃ ab his: qui noſtram cauſam defenderent: & meus labor in priuatorū periculis caſte integreq; uerſatus ex ueſtro iudicio fructum ampliſſimū eſt conſecutus. Nam cū propter dilationem comitiorū ter prætor primus centuriis cunctis renunciatus ſum: facile intellexi Quirites & quid de me iudicaretis: & quid aliis præſcriberetis. Nunc cū & auctoritatis in me tantum ſit: quantū uos honoribus mandandū eſſe uoluiſtis: & ad agendum facultatis tātum: quātū homini uigilanti ex forenſi uſu prope quotidiana dicendi exercitatio potuit afferre: certe & ſi quid etiam dicendo conſequi poſſum: his oſtendam potiſſimū: qui ei quoq; rei fructum ſuo iudicio tribuendū eſſe cenſuerunt. Atq; illud in primis mihi lætandum iure eſſe uideo: ꝙ in hac inſolita mihi ex hoc loco ratōne dicēdi cauſa talis oblata eſt: in qua oratio nemini deeſſe poteſt Dicendū eſt enim de Cn. pompeii ſingulari nimiaq; uirtute. Huius aūt oratōnis difficilius eſt exitum: q̃ principium inuenire. Ita mihi non tam copia: q̃ modus in dicendo quærendus eſt. Atque ut inde oratio mea proficiſcatur: unde hæc omnis cauſa ducitur: bellū graue & periculoſum ueſtris uectigalibus atq; ſociis a duobus potentiſſimis regibus infertur: Mithridate: & Tigrane: quorum alter relictus: alter laceſſitus: occaſionem ſibi ad occupandā

Aſiam oblatam eſſe arbitratur:Equitibus Romaís honeſtiſſimis uiris afferūtur ex aſia quotidie litteræ:quorum magnae res agun tur in ueſtris uectigalibus exercendis occupatæ: qui ad me ꝓ ne ceſſitudie :quæ mihi eſt cum illo ordine cauſam.R.P.periculaqꝫ rerum ſuarum detulerunt:Bithyniæ quæ nūc ueſtra prouintia ē uicos exuſtos eſſe complures:regū Ariobarzanis quod finitimū eſt ueſtris uectigalibus totum eſſe in hoſtium poteſtate. Lucillū magnis rebus geſtis ab eo bello diſcedere.huic q ſuccurrerit:non ſatis eſſe paratum ad tantum bellum adminiſtrādum: Vnum ab omnibus ſociis & ciuilibus ad id bellum imperatore depoſci atqꝫ expeti:eundem hunc unum ab hoſtibus metui præterea neminē Cauſa quae ſit uidetis: nunc quid agendum ſit conſiderate. Pri mum mihi uidetur de genere belli:deinde de magnitudine: tum de imperatore deligendo eſſe dicendū. Genus eſt enim huiuſmo di:quod maxime ueſtros animos excitare atqꝫ inflammare debet Tradita eſt & agitur ſalus ſotiorum atqꝫ amicorum:pro qua mul tam maiores noſtri magna & grauia bella geſſerūt. Aguntur cer tiſſima Po. Ro. uectigalia & maxima:quibus amiſſis & pacis or namenta:& ſubſidia belli requiretis. Aguntur bona multorum ciuium:quibus eſt a uobis & ab imperatoribus Reipu. conſulen dum. & quoniam ſemper appetens gloriæ præter cæteras gentes atque auidi laudis fuiſtis:delenda eſt uobis illa macula mithrida tico bello ſuperiore ſuſcepta:quæ penitus iam inſedit: atqꝫ inuete rauit in Po. Ro. nomine:ꝙ is qui una die tota Aſia tot ciuibus uno nuncio atque una ſignificatione litterarum ciues Ro. necan dos:trucidandoſqꝫ denotauit:non modo adhuc pœnam nullam ſuo dignam ſcelere ſuſcepit:ſed ab illo tempoř tertium iam annū & uigeſimum regnat: & ita regnat:ut ſe non ponto neque cappa dociæ lateribus occultare uelit.ſed emergere e patrio regno atque in noſtris uectigalibus: hoc eſt in Aſiæ luce uerſari. Et enim ad huc ita noſtri cum illo rege contenderunt imperatores:ut ab illo inſignia uictoriæ:non uictoriam reportarent. Triumphauit .L. Sylla. Triumphauit Lucius Murena de Mithridate duo fortiſſi mi uiri & ſummi imperatores: ſed ita triumpharunt: ut ille pul ſus ſuperatuſqꝫ regnaret. Verumtamen illis imperatoribus laus

eſt tribuenda quod egerunt. Venia danda quod reliq̄runt. ꝑpte rea ꝙ ab eo bello Syllam in Italiam Reſpub. Murenam Sylla re uocauit. Mithridates autem omne reliquum tempus non ad ob liuionem ueteris belli. ſed ad comparationem noui contulit : qui poſtea q̄ maximas ædificaſſet ornaſſetq; claſſes : exercituſque per magnos quibuſcunque ex gentibus potuiſſet: cōparaſſet boſpho ranis finitimis ſuis bellum inferre ſimularet uſq; ad hiſpaniam le gatos electanis miſit ad eos duces: quibus tum cum bellum gere bamus: ut cum duobus in locis diſiūctiſſimis maximeque diuer ſis uno conſilio: ab unis hoſtium copiis bellum terra marique ge reretur : Vos ancipiti contentione diſtracti de imperio dimicare tis : ſed tamen alterius partis periculum ſertorianæ atque hiſpani enſis: quæ multo plus firmamenti ac roboris habebat Cn. Pom. diuino conſilio ac ſingulari uirtute depulſum eſt . In altera parte ita res a. L. Lucullo ſummo uiro eſt adminiſtrata : ut initia illa ge ſtarum rerum magna atque præclara non felicitati eius: ſed uirtu ti. Hæc autem extrema quæ nuper ceciderunt non culpæ ſed for tunæ tribuenda eſſe uideantur. Sed de Lucullo dicam alio loco : & ita dicam Quirites : ut neque uera laus ei detracta oratione no ſtra : neque falſa neque ficta eſſe uideatur . Sed pro ueſtri impe rii dignitate atque gloria : quoniam is eſt exorſus orationis meæ uidete quem uobis animum ſuſcipiendum putetis Maiores no ſtri ſæpe mercatoribus ac nauiculatoribus iniurioſius tractatis bella geſſerunt . Vos tot ciuium romanorum milibus uno nun cio atque uno tempore necatis : quo tandem animo eſſe debetis? legari quod erant appellati ſuperbius Corinthum partes ueſtri totius græciæ lumen extinctum eſſe uoluerunt. Vos eum regem inultum eſſe patiemini : qui legatum po. ro. conſularem uinculis ac uerberibus: atque omni ſupplicio excruciatum necauit? Illi li bertatem ciuium romanorum imminutam nō tulerunt . Vos ui tam ereptam negligetis? Ius legationis uerbo uiolatum illi perſe cuti ſunt . Vos legatum omni ſupplicio interfectum relinquetis Videte ne ut illis pulcherrimum fuit tantam nobis imperii glori am relinquere: ſic uobis turpiſſimum ſit illud quod accepiſtis tu eri & conſeruare non poſſe . Quid ꝙ ſalus ſotiorum ſummum in

periculum ac diſcrimen uocatur: Regno expulſus eſt Ariobarza nes rex ſocius Po.ro:atq; amicus. Imminent duo reges toti Aſiæ non ſolum uobis inimiciſſimi:ſed etiam ueſtris ſociis atq; amicis Ciuitates auté omnes cuncta Aſia atq; græcia ueſtrum auxilium expectare propter periculi magnitudiné cogũtur.Imperatorem a uobis certũ depoſcere:cũ præſertim uos aliũ miſeritis :neq; audét neq; ſe id facere ſũmo ſine periculo poſſe arbitrantur . Vident & ſentiunt hoc idé quod & uos unũ uirũ eſſe in quo ſũma ſint om nia :& eum prope eſſe:quo etiã carent ægrius:cuius aduentu ipõ atq; nomine tametſi ad Amanũ montem uenerit:tamen impetus hoſtiũ repreſſos intelligunt atq; retardatos .Hi uos (quoniam li bere loqui non licet) tacite rogant:ut ſe quoq; ſicut cæterarũ pro uintiarum ſocios dignos exiſtimetis : ſalutem tali uiro cõmende tis. Atq; hos etiam magis q̃ cæteros eiuſmodi in prouintiam ho mines cum imperio mittimus:ut etiam ſi ab hoſte defendant : ta men ipõrum aduentus in urbes ſociorum non multum ab hoſti li expugnatione differant. Hunc audiebant antea:nunc præſenté uident .Tanta temperantia:tanta manſuetudine:tanta humanita te:ut hi beatiſſimi eſſe uideantur: apud quos ille diutiſſime com moratur. Quare ſi propter ſocios nulla ipſi iniuria laceſſiti maio res ueſtri cũ Antiocho:cũ Philippo:cum Aetolis:cum pœnis bel la geſſerunt:quanto uos ſtudio cõuenit iniuriis prouocatos ſoci orum ſaluté una cũ imperii ueſtri dignitate defendere. Præſertim cũ de ueſtris maxime uectigalibus agat̃ . Nã cæterarũ ꝓuintiarꝫ uectigalia Quirites tanta ſunt:ut his ad ipſas ꝓuintias tutandas uix cõtenti eſſe poſſimus . Aſia uero tam optima eſt & fertilis:ut & ubertate agrorũ & uarietate fructuũ:& magnitudine paſtionis & multitudine earũ rerũ quæ exportant̃ facile omnibus terris an tecellat . Itaq; hæc uobis prouintia Quirites:ſi & belli utilitatem & pacis dignitaté ſuſtinere uelitis:nõ modo a calamitate :ſed etiã a metu calamitatis eſt defendenda. Nam in cæteris rebus cum ue nit calamitas:tum detrimentum accipit̃ .at in uectigalibus nõ ſo lum aduentus mali:ſed etiã metus ipſe affert calamitaté. Nã cum hoſtiũ copiæ nõ lõge abſint etiã ſi irruptio nulla facta ſit : tamen pecora relinquũtur:agricultura deſeritur:mercatorum nauigatio

conquieſcit .Ita neq; ex portu :neq; ex decimis :neq; ex ſcriptura uectigal conſeruari poteſt . Quare ſæpe totius anni fructus uno rumore periculi:atq; uno terrore belli amittit. Quo tandem animo eſſe exiſtimatis aut eos qui uobis uectigalia penſitāt: aut eos qui exercent atq; exigunt:cū duo reges cū maximis copiis prope adſint:cum una excurſio equitatus perbreui tempore totius anni uectigal auferre poſſit:cū publicani familias quas in ſalinis habēt quas in agris:quas in portibus atq; cuſtodiis magno periculo ſe habere arbitrētur.Putatiſne uos illis rebus frui poſſe niſi eos qui uobis fructuoſi ſunt conſeruaueritis:nō ſolū ut antea dixi calamitate:ſed etiam calamitatis formidine liberatos . Ac ne illud quidē uobis negligēdum eſt:quod mihi ego extremū propoſueram cū eſſem de genere belli dicturus:quod ad multorū bona ciuiū Ro. pertinet :quorum uobis ꝓ ueſtra ſapientia Quirites habenda eſt ratio diligenter.Nā & publicani homines & honeſtiſſimi & ornatiſſimi ſuas rationes & copias in illam prouintiā contulerūt :quorum ipſorum per ſe res & fortunæ curæ uobis eſſe debent. Et enī ſi uectigalia neruos Reip. eſſe ſemper duximus:eum certe ordinē qui exercet illa firmamentum cæterorum ordinum recte eſſe dicemus, Deinde cæteris ex ordinibus homines gnaui & induſtrii ꝑtim in Aſia negociātur:quibus abſentibus uos conſulere debetis partim eorum in ea prouintia pecunias magnas collatas habent. Erit ergo humanitatis ueſtræ magnum eorum ciuium numerū calamitatem ꝓhibere ſapientiæ uidere multorum ciuium calamitatem a Repub.ſeiunctā eſſe nō poſſe. Etenim illud primū parui refert uos publicanis amiſſis uectigalia poſtea uictoria recuperare neq; hiſdem redimendis facultas erit propter calamitatem: neque aliis uoluntas propter timorem . Deinde ꝙ nos eadem Aſia atq; idem iſte Mithridates initio belli Aſiatici docuit id quod certe calamitate docti memoria retinere debemus . Nam tum cū in Aſia res magnas permulti amiſerunt:ſcimus Romæ ſolutione impedita fidem concidiſſe .Non enim poſſunt in una ciuitate multi rem atq; fortunas amittere.ut non plures ſecum in eandem trahant calamitatē:a periculo prohibete Rempub. Et mihi credite id quod ipſi uidetis. Hæc fides atq; hæc ratio pecuniarū quæ Romæ quæ

in foro uerſatur implicita eſt cũ illis pecuniis Aſiaticis & cohæret Ruere illa non poſſunt:ut hæc non eodem labefactata metu con cidant. Quare uidete num dubitandũ uobis ſit omni ſtudio ad id bellum incũbere:in quo gloria nominis ueſtri:ſalus ſotiorum uectigalia maxima:fortunæ plurimorũ ciuiũ cũ .R.P.defedũtur Quoniã de genere belli dixi: nũc de magnitudine belli pauca di cam. Põt enim hoc dici belli genus ita eſſe neceſſariũ ut ſit geren dũ:nõ eſſe ita magnũ ut ſit pertimeſcendũ. In quo maxime labo randũ eſt: ne forte a uobis quæ diligentiſſime ꝓuidenda ſunt:cõ ꝯemnenda eſſe uideant̃. Atq; ut om̃es intelligãt me.L.Lucullo tã tum impartire laudis:q̃tum forti uiro & ſapientiſſimo homini & magno imperatori debeat̃. Dico eius ĩ aduẽtu maximas Mithri datis copias omnibus rebus ornatas atq; inſtructas: urbẽq; Aſiæ clariſſimã uobiſq; amiciſſimã Cyzicenorũ obſeſſã eſſe ab ĩpo rege maxima multitudine & oppugnata uehemẽtiſſime: quã.L.Lucul lus uirtute:aſſiduitate:cõſilio ſummis obſidionis periculis libera uit. Ab eodem imperatore claſſem magnã & ornatã:quæ ducibus ſertorianis ad Italiam ſtudio inflãmato raperet̃ ſuperatã eſſe.atq; depreſſam. magnas hoſtiũ præterea copias multis præliis eſſe de letas:patefactũq; ueſtris religionibus eſſe pontũ: q ante Po. Ro. ex omni aditu clauſus eſſet. Sinopẽ atq; amiſtũ quibus ĩ oppidis erant domicilia regis omnibus ornata atq; referta:cæteraſq; urbes Ponti & cappadociæ permultas uno auditu aduentu eſſe clauſas. Regem ſpoliatũ regno patrio atq; auito ad alios ſe reges :atq; ad alias gentes ſupplicẽ cõtuliſſe: atq; hæc omnia ſalius Po.ro.ſotiis atq; integris uectigalibus eſſe geſta. Satis opinor hoc eſſe laudis atq; ita reputo:ut hoc uos intelligatis a nullo iſtorũ:qui huic ob trectant legi atq; cauſæ .L.Lucullũ ſiĩiter ex hoc loco eſſe laudatũ Requiret̃ fortaſſe nũc quẽadmodũ cũ hæc ita ſint:reliquũ poſſit eſſe magnũ bellũ:cognoſcite Quirites: nõ.n.ſine cauſa q̃ri uidet̃ Primũ ex ſuo regno ſic Mithridates ꝓfugit: ut ex eodem Ponto illa Medea quodã ꝓfugiſſe dicit̃: quã prædicant in fuga fr̃is ſui mẽbra in his locis:qua ſe parens ꝑſequeret̃ diſſipauiſſe:ut eorum collectio diſperſa:mœrorq; patrius celeritatẽ ꝑſequẽdi retardaret. ſic Mithridates fugiẽs maximũ uim auri atq; argẽti: pulcherrima

rumq; rerum omnium quas & a maioribus acceperat:& ip̄o bello
ſuperiore ex tota Aſia direptas in ſuum regnum congeſſerat. In
ponto omnem reliquit.hæc dum noſtri colligunt omnia diligen
tius rex ip̄e e manibus effugit.Ita illum in pſequendi ſtudio mœ
ror:hos leticia retardauit.hunc in illo timor̃ & fuga Tigrane rex
Armenius excepit:diffidentemq; rebus ſuis cõfirmauit:& afflictũ
erexit:perditumq; recreauit:cuius in regnum poſtea quam.L. Lu
cullus cum exercitu uenit:plures etiam gentes contra imperatorẽ
ueſtrũ concitate ſunt. Erat enim metus iniectus his nationibus:
quas nunq̃ .R.P.neq; laceſſandos bello neq; tentandas putauit.
Erat etiam alia grauis atq; uehemens opinio: quæ per animos gẽ
tium barbararũ peruaſerat. Phani locupletiſſimi & religioſiſſimi
diripiendi cauſa in eas oras noſtrũ exercitum eſſe adductũ. Ita na
tõnes multæ atq; magnæ nouo quodam terrore ac metu concita
bant̃. Noſter aũt exercitus & ſi urbem ex Tigranis regnis cep̄at
& præliis uſus erat ſecũdis: tñ nimia longinquitate locoꝝ ac deſi
derio ſuorũ cõmouebat̃. Hic iam plura nõ dicam. Fuit enĩ illud
extremũ : ut ex his locis a militibus noſtris reditus magis matu
rus: q̃ proceſſio longior quæreret̃. Mithridates autẽ & ſuam ma
num iam confirmarat: & eoꝝ qui ſe ex eius regno collegerant: &
magnis aduentitiis multorũ regũ & nationũ copiis iuuabat̃.hoc
iam uere ſic fieri ſolere accepimus:ut regnũ afflictæ fortunæ facile
multoꝝ opes alliciant ad miſericordiã:maximeq; eorũ qui aut re
ges ſunt:aut uiuunt in regno:aut regale his nomen magnum &
ſanctũ eſſe uideat̃. Itaq; tm̄ uictus efficere potuit: quantũ incolu
mis nunq̃ eſt auſus optare. Nã cũ ſe in regnũ ſuũ recepiſſet: non
fuit eo contẽtus:quod ei præter ſpem acciderat: ut illam poſtea q̃
pulſus erat terram unq̃ attingeret:ſed in exercitum ueſtrum claꝝ
atq; uictorem impetum fecit.Sinite hoc loco quirites ſicut poetæ
ſolent:qui res Romanas ſcribunt præterire me ueſtrã calamitatẽ
quæ tanta fuit ut eã ad aures.L.Luculli non ex prælio nũcius:ſed
ex ſermone rumor afferret.Hic in illo ipſo malo grauiſſimaq; bel
li offenſione .L. Lucullus q tũ aliqua ex parte his incõmodis me
dere fortaſſe potuiſſet ueſtro iuſſu coactus quod imperii diutur
nitati modũ ſtatuendũ ueteri exemplo putauiſtis:partẽ militum

qui iam ſtipendiis cōfecti erant dimiſit: partē Glabrioni tradidit Multa prætereo conſulto: ſed ea uos coniectura pſpicitis quantū illud bellum factum putetis: quod coniūgant reges potentiſſimi renouent agitatæ nationes: ſuſcipiāt integræ gentes: nouus imperator ueſter accipiat uetere expulſu exercitu. Satis mihi multa uerba feciſſe uideor quare hoc bellum eſſet genere ipſo neceſſarium: magnitudine periculoſum. Reſtat ut de imperatore ad id bellū deligendo: ac tantis rebus præficiendo dicendum eſſe uideatur. Vtinam quirites uirorum fortium atq; innocentium copiam tantam haberetis: ut hac uobis deliberatio difficilis eſſet: quemnā potiſſimum tantis rebus & tanto bello præficiēdum putaretis. Nūc uero cum ſit unus Cn. Pompeius: qui non modo eorum hominum qui nunc ſunt gloriam: ſed etiam antiquitatis memoriā uirtute ſuperauit: quæ res eſt: quæ cuiuſq̄ animum in hac cauſa dubium facere poſſit? Ego enim ſic exiſtimo in ſummo imperatore quatuor has res ineſſe oportere: ſcientiam rei militaris: uirtutem: auctoritatem: felicitatem. Quis igitur hoc homine ſcient ut unq̄ aut fuit: aut eſſe debuit: qui e ludo atq; diſciplina pueritiæ bello maximo atq; acerrimis hoſtibus ad patris exercitum atq; in militiæ diſciplinam profectus eſt: qui extrema pueritia miles fuit imperatoris ſummi. Ineunte adoleſcentia maximi ipſe exercitus imperator: qui ſæpius cum hoſte conflixit: q̄ quiſq̄ cum inimico cōcertauit. Plura bella geſſit q̄ cæteri legerunt: plures prouintias cōfecit q̄ alii concupiuerunt: cuius adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris non alienis preceptis: ſed ſuis imperiis: non offenſionibus belli: ſed uictoriis non ſtipēdiis: ſed triumphis eſt tradita. Quod deniq; genus belli eſſe poteſt ī quo illum non exercuerit fortuna Reip.? Ciuile: Africanum: Tranſalpinū: Hiſpanienſe: mixtum ex ciuitatibus atq; ex bellicoſiſſimis nationibus: ſeruile & nauale bellum: uaria & diuerſa genera & bellorum & hoſtiū non ſolum geſta ab hoc uno: ſed etiā confecta nullā rem eſſe declarant in uſu militari poſitam: quæ huius uiri ſcientiam fugere poſſit. Iā uero uirtuti Cn. Pom. quæ pōt oratio par inueniri? Quid ē ꝙ qſq̄ aut dignū illo aut uobis nouū: aut cuiq̄ inauditū poſſit afferre? Neq; enim illæ ſunt ſolæ uirtutes imperatoriæ quæ uulgo exiſtimant

Labor in negociis:fortitudo in periculis: induſtria in agẽdo: cele ritas in conficiendo:conſilium in prouidendo:quæ tanta ſunt in hoc uno:quãta in omnibus reliquis imperatoribus: quos aut ui dimus:aut audiuimus non fuerunt. Teſtis eſt Italia:quã ipſe idẽ uictor .L.Sylla huius uirtute & ſubſidio confeſſus eſt liberatam. Teſtis eſt Sicilia:quam multis undiq; cinctam periculis:nõ terro re belli : ſed celeritate conſilii explicauit . Teſtis eſt Affrica quæ magnis oppreſſa hoſtium copiis eorum ipſorum ſanguine redun dauit . Teſtis eſt Gallia:per quam legionibus noſtris in Hiſpani am iter Gallorum interemptione patefactum eſt. Teſtis eſt Hiſpa nia:quæ ſæpiſſime plures hoſtes ab hoc ſuperatos proſtratoſq; cõ ſpexit . Teſtis eſt iterum & ſæpius Italia : que cum ſeruili bello te tro periculoſq; premeretur:ab hoc auxiliũ abſẽte expetiuit: quod bellum expectatione Pompeii attenuatum atque imminutum ẽ. aduentu ſublatum ac ſepultum . Teſtes uero iam omnes oræ atq; omnes extere gentes atque nationes : denique maria omnia:tum uniuerſa :tum in ſingulis oris omnes ſinus atq; portus. Quis.n. toto mari locus per hos annos aut tam firmum habuit præſidiũ ut tutus eſſet: aut fuerit tam abditus ut lateret ? Quis nauigauit qui non ſe aut mortis aut ſeruitutis periculo committeret ? Cum aut hyeme: aut referto prædonum mari nauigaretur . Hoc tantũ bellum : tam turpe : tam uetus :tam late diuiſum atq; diſperſum quis unq̃ arbitraretur aut ab omnibus imperatoribus uno anno aut omnibus annis ab uno impatore Romano cõfici poſſe? Quã ꝓuintiam tenuiſtis a prædonibus liberã per hoſce annos ? quod uectigal uobis tutum fuit? quem ſotium defendiſtis? Cui p̃ſidio claſſibus ueſtris fuiſtis? Quãmultas exiſtimatis inſulas eſſe deſer tas : q̃multas aut metu relictas:aut a p̃donibus captas urbes eſſe ſotiorũ. Sed quid ego longinqua cõmemoro? fuit hoc quondam fuit propriũ P.R. longe a domo bellare:& ꝓpugnaculis imperii ſotiorum fortunas nõ ſua tecta defendere. Sotiis ueſtris ego mare clauſum per hoſce annos dicam fuiſſe : cum exercitus nr̃i a Brun duſio nunquã niſi ſumma hyeme tranſmiſerint . Quid ad nos cũ exteris natõibus uenirẽt captos querar? cũ legati .P.R. redempti ſint mercatoribus tutũ mare non fuiſſe dicam: cũ duodeci ſecures

in prædonum poteſtatem peruenerint? Quid aut Colophonem aut Saminũ nobiliſſimas urbes innumerabileſq; alias captas eſſe cõmemoré? cũ ueſtros portus atq; eos portus quibus uitã & ſpiritũ ducitis in prædonũ fuiſſe poteſtaté ſciatis: An uero ignoratis portum Caietæ celeberrimũ atq; pleniſſimum nauiũ inſpectante prætore a prædonibus eſſe direptum. Ex Miſeno aũt eius ipſius liberos qui cum prædonibus antea id bellũ geſſerant: a prædonibus eſſe ſublatos? Nã quid ego hoſtienſe incõmodũ: atq; illam labem atq; ignominiã Reip. querar? cum prope inſpectantibus uobis claſſis ea cui conſul Po. ro. præpoſitus eſſet a prædonibus capta atq; oppreſſa eſt. Proh dii immortales tanta ne unius hominis incredibilis ac diuina uirtus tam breui tempor̃ lucé afferre Reip. potuit: ut uos qui modo ante hoſtium tyberinũ claſſem hoſtiũ timebatis: his nũc nullã intra Oceani hoſtium prædonũ nauem eſſe audiatis. Atque hæc qua celeritate geſta ſunt: q̃q̃ uidetis: tñ a me in dicendo prætereunda nõ ſunt. Quis enim unq̃ aut obeũdi negocii: aut quæſtus ſtudio tam breui tempore tot loca adire: tantos curſus conficere potuit: q̃ celeriter Cn. Pom. duce belli impetus nauigauit? qui Siciliã adiit: Affricã explorauit. Inde Sardiniam cum claſſe uenerit: nõdum tempeſtiuo ad nauigãdum mari Atque hæc tria frumentaria ſubſidia Reipu. firmiſſimis præſidiis claſſibus muniuerit. Inde ſe cũ in Italiam recepiſſet duabus hiſpanis: & Gallia Ciſalpina præſidiis ac nauibus confirmata: miſſis in oram Illyrici maris: & in Achaiã: omnéq; Græciã nauibus Italiæ duo maria maximis claſſibus firmiſſimiſque præſidiis adornauit Ipſe autem ut a Brunduſio profectus: unde quinquageſima die totam ad imperium Po. Ro. Siciliam adiunxit: omnes q ubique prædones fuerunt partim capti interfectiq; ſunt: partim in huius imperio ac poteſtate ſe dederunt. Idem cretenſibus cũ ad eũ uſq; in Pamphiliam legatos deprecatoreſq; miſiſſent: ſpem deditõnis non ademit: obſideſq; imperauit: ita tantum bellum: tam diuturnum: tam longe lateque diſperſum quo bello omnes gentes ac nationes præmebantur. Cn. Pom. extrema hyeme apparuit. Ineunte uere ſuſcepit media æſtate confecit. Eſt hæc diuina atque incredibilis uirtus imperatoris. Quid cæteræ quas pauloante

commemorare cœperam quantæ atq̃ q̃multæ ſunt. Non enim bellandi uirtus ſolum in ſummo perfectoue imperatore quærēda eſt: ſed multæ ſunt artes eximiæ huius adminiſtræ comiteſq̃ uir tutis. Ac primum quāta innocentia debent eſſe imperatores quā ta deinde omnibus in rebus temperantia: quanta fide: quanta faci litate: quanto ingenio: quanta humanitate: quæ breuiter quanta ſint in Cn. Pom. conſideremus. Summa enim omnia ſunt Qui rites: ſed ea magis ex aliorum contentōne q̃ ipſa per ſeſe cognoſci atq̃ intelligi poſſunt. Quem enim poſſumus imperatoré aliquo in numero putare: cuius in exercitu ueniant cēturiatus atq̃ ueni erint? Quis hunc hominem magnum aut amplum de Rep. cogi tare: qui pecuniam ex ærario depromptam ad bellum adminiſtrā dum aut propter cupiditatem prouintiæ magiſtratibus diuiſerit aut propter auaritiam Romæ ī quæſtu reliquerit? Veſtra admur muratio facit Quirites ut agnoſcere uideamini qui hæc fecerunt Ego autem neminem nomino quaṝ iraſci mihi nemo poterit: niſi qui ante de ſe uoluerit confiteri. Itaq̃ propter hanc auaritiam im peratorum quantas calamitates quocunq̃ uentum ſit ueſtri exer citus ferant: quis ignorat? Itinera quæ per hoſce annos in Italia per agros atq̃ oppida ciuium romanorum noſtri imperatores fe cerunt recordamini? tum facilius ſtatuetis: quid apud exteras na tiones fieri exiſtimetis. Vtrum plures arbitramini per hoſce ānos militum ueſtrorum armis hoſtium urbes: an hybernis ſotiorum ciuitates eſſe deletas? Neq̃ enim poteſt exercitum is continere im perator qui ſeipſum non continet. neque ſeuerus eſſe in iudicādo q alios in ſe ſeueros eſſe iudices non uult. Hic miramur hunc ho minem tantum excelleṝ cæteris: cuius legiones ſic in Aſiam perue nerit: ut nō modo manus tāti exercitus: ſed ne ueſtigiū qdā cuiq̃ pacato nocuiſſe dicat̃. Iā uero quēadmodū milites hibernēt quo tidie ſermones ac litteræ pferunt̃: non mō ut ſūptum faciat ī mili tē nemini ius affert̃: ſed ne cupienti qdē cuiq̃ pmittit̃: hyemis enī nō auaritiæ pfugiū maiores nr̄i ī ſotioꝝ atq̃ amicorum tectis eſſe uoluerūt. Age uero cæteris ī rebus q̄lis ſit tēpantia cōſiderate. Vn̄ illā tātā celeritatē & tā īcredibilē curſū īuētū putatis. Nō. n. illū ex imia uis remigū aut ars īaudita q̄dā gubernādi aut uēti aliq̃ noui

tam celeriter in ultimas terras pertulerunt. Sed hæ res quæ cæte ros remorari ſolent non retardarunt. Non auaricia ab inſtituto curſu ad prædam aliquam deuocauit. Non libido ad uoluptatē non amœnitas ad delectationem: non nobilitas urbis ad cogniti onem: Non denique labor ipſe ad quietem: poſtremo ſigna & ta bulas cæteraqꝫ ornamenta græcorum oppidorum: quæ cæteri tol lenda eſſe arbitrantur: ea ſibi ille ne uiſenda quidem exiſtimauit. Itaqꝫ omnes quidē nūc in his locis Cn. Pom. ſicut aliquem nō ex hac urbe miſſū: ſed de cælo lapſū intuentur. Nūc deniqꝫ incipiūt credere fuiſſe homines ro. hac quondā abſtinentia: quod iā natio nibus exteris incredibile ac falſo memoriæ proditum uidebatur. Nūc imperii noſtri ſplendor illis gentibus lucet. Nūc intelligunt non ſine cauſa maiores ſuos tum cū hac temperantia magiſtratus habebamus ſeruire po. ro. q̄ imperare aliis maluiſſe. Iam uero ita faciles aditus ad eum priuatorū: ita liberæ quærimoniæ de aliorū iniuriis eſſe dicūtur: ut is qui dignitate principibus excellit. facili tate infimis par eſſe uideatur. Iam q̄tū cōſilio dicendi grauitate & copia ualeat: in quo ipſo ineſt quædā dignitas imperatoria. Vos quirites hoc ipſo in loco ſæpe cognoſcitis: Fidem uero eius inter ſocios quantū exiſtimari putatis: quā hoſtes omniū gentium ſan ctiſſimam iudicarint. Humanitate iam tanta eſt ut difficile dictu ſit utrum hoſtes magis uirtutem eius pugnantes timuerunt: an manſuetudinem uicti dilexerunt. Et quiſq̄ dubitauit quin huic tantum bellum tranſmittendum ſit: qui ad omnia ueſtræ memo riae bella conficienda diuino quodam conſilio natus eſſe uideat? Et quoniam auctoritas multum in bellis quoqꝫ adminiſtrandis atque imperio militari ualet: certe nemini dubium eſt quin ea re ille idem ipſe imperator plurimum poſſit. Vehementer autem pertinere ad bella adminiſtranda: quid hoſtes: quid ſocii de im peratoribus ueſtris exiſtiment: quis ignorat cum ſciamus homi nes in tantis rebus ut aut contemnant: aut metuant: aut oderint aut ament opinione non minus famae: q̄ alia certa ratione com moueri. Quod igitur nomen unquam in orbe terrarum clari us fuit? Cuius res geſte pares? de quo homine uos id quod maxime facit auctoritatem tanta & tam præclara iudicia feciſtis

An uero uſq̃ ullam eſſe oram tam deſertã putatis:quo non illius diei fama perua ſerit:Cũ uniuerſus P.R.referto foro repletiſque omnibus templis: ex qbus hic locus cõſpici põt unum ſibi ad cõ mune omniũ gentiũ bellum.Cn.Pom.Imperatorem depopoſcit Itaq; ut plura non dicã:neq; aliorum exemplis confirmem: quan tum huius auctoritas ualeat in bello:ab eodem Cn.Pom.omniũ rerũ egregiarũ exempla ſumant: qui quo die a uobis maritimo bello præpoſitus eſt imperator:tanta repente uilitas ãnonæ ex ſũ ma inopia & caritate rei frumentarie conſecuta eſt unius ſpe & no mine: quantã uix ex ſũma ubertate agrorũ diuturna pax efficere potuiſſet. Iam accepta in Ponto calamitate ex eo prælio de quo uos pauloante inuitus admonui: cũ ſocii pertimuiſſent hoſtium opes :animiq; creuiſſent:& cum ſatis firmum præſidiũ prouintia non haberet:amiſiſſetis Aſiam quirites: niſi ad ipſum eius tempo ris diuinitus Cn. Pom. ad eas regiones fortuna Po.ro. attuliſſet huius aduentus: & Mithridatẽ inſolita inflãmatũ uictoria conti nuit.Et Tigranẽ magnis copiis minitantẽ Aſiæ retardauit:& qſq̃ dubitabit quid uirtute ꝑfecturus ſit qui tm̃ auctoritate ꝑfecerit Aut q̃ facile imperio atq; exercitu ſocios & uectigalia conſeruatu rus ſit q ipſo nomine ac rumore defenderit:Age uero illa res quã tam declarat eiuſdẽ hominis apud hoſtes Po.ro.auctoritatẽ:ꝙ ex his locis tã longinquis tãq; diuerſis tam breui tẽpore omnes una huic ſe dediderunt:Quod cretenſiũ legati cũ in eorum inſula no ſter imperator exercituſq; eſſet ad Cn.Pom.in ultimas prope ter ras uenerũt. eiq; ſe omnes cretenſiũ ciuitates dedere uelle dixerũt Quid idem ipſe Mithridates: nonne ad eundem Cn. Pom. lega tum uſq; in Hiſpaniã miſit:eũq; Pom. legatum ſemper iudicauit In quibus ſemper erat moleſtũ ad eũ potiſſimũ eſſe miſſum ſpecu latorem q̃ legatum iudicari maluerunt. Poteſtis igitur iã cõſtitu ere quirites hanc auctoritatẽ multis poſtea rebus geſtis magniſq; ueſtris iudiciis amplificatam : quantum apud illo reges : quan tum apud exteras nationes ualiturum eſſe exiſtimetis. Reliquũ eſt ut de felicitate quam præſtare de ſeipſo nemo põt :meminiſſe & commemorar̃ de altero poſſumus:ſicut æquum eſt homini de poteſtate deorum timide & pauca dicamus. Ego enĩ ſic exiſtimo

Maximo: Marcello. Scipioni. Mario. & cæteris magnis impera toribus non ſolum propter uirtutem. ſed etiam propter fortunā ſæpius imperio mandata atq; exercitus eſſe commiſſos. fuit enim ꝑfecto quibuſdam ſummis uiris quædam ad amplitudinē & glo riam & res magnas bene gerendas diuinitus adiūcta fortuna. De huius autem hominis felicitate nunc agimus hac utar moderatio ne dicēdi: non ut in illius poteſtate fortunam poſitam eſſe dicam ſed ut præterita meminiſſe reliqua ſperare uidemur. Ne aut inui ſa diis immortalibus oratio noſtra: aut ingrata eſſe uideat̃. Itaq; nō ſum prædicaturus q̃tas ille res domi militiæq; terra marique quantaq; felicitate geſſerit: ut eius ſemper uoluntatibus non mo do ciues aſſenſerint. ſotii obtemperarint: hoſtes obedierint. Sed etiam uenti tempeſtateſq; obſecundarint. hæc breuiſſime dicam. Neminem unq̃ tam impudentem fuiſſe: qni a diis immortalibus tot & tantas res tacitus auderet optare: quot & quantas dii īmor tales ad Cn. Pom. contulerunt. quod ut illi proprium ac ꝑpetuū ſit Quirites: tum cōmunis ſalutis atq; imperii: tum ipſius homi nis cauſa ſicuti facitis uelle & optare debetis. Quare cū & bellum ita ſit neceſſarium ut negligi non poſſit. Ita magnum: ut accura tiſſime ſit adminiſtrandum. Et cū ei imperatorem præficere poſſi tis: in quo ſit eximia belli ſcientia: ſingularis uirtus: clariſſima au ctoritas: egregia fortuna: dubitatis quirites quin hoc tantū boni quod a diis īmortalibus oblatū & datū eſt in Remp. cōſeruandā atq; amplificandam conferatis. Quod ſi Romæ Cn. Pom. priua tus eſſet hoc tempore: tamen ad tantum bellum is erat deligēdus atq; mittendus: Nunc cū ad ſummas cæteras utilitates hæc quoq; opportunitas adiungat̃ ut in his ipſis locis adſit. ut habeat exer citū: ut ab iis q habent accipere ſtatim poſſit: qd expectamus: aut cur nō ducibus diis īmortalibus eidē cui cætera ſūma cum ſalute Reip. commiſſa ſunt: hoc quoq; bellum regium committamus? At enim uir clariſſimus Reipub. & ueſtris beneficiis ampliſſimis affectus. Q. Catulus: Itemque ſummis ornamentis honoris for tunæ: uirtutis: ingenii præditus. Q. Hortenſius ab hac ratione diſſentiunt: quorum ego auctoritatem apud uos multis locis plurimum ualuiſſe: & ualere confiteor. Sed in hac cauſa tam&

ſi cognoſcitis auctoritates contrarias fortiſſimorum uirorum & clariſſimorum :tamen omiſſis auctoritatibus ipſa re: & ratõne ex quirere poſſumus ueritatem. Atque hoc facilius :ꝙ omnia quæ a me adhuc dicte ſunt idem iſti uera eſſe concedũt:& neceſſariũ bel lum eſſe & magnum:& in uno Cn. Pom. ſũma eſſe omnia. Quid igit᷑ ait Hortenſius ſi omnia uni tribuenda ſunt: unũ digniſſimũ eſſe Pom: ſed ad unum tñ omnia deferri nõ oportere . Obſoleuit iam iſta ratio re multo magis q̃ uerbis refutata : Nã tu idem. Q. Hortenſi multa ꝓ tua ſumma copia ac ſingulari facultate dicendi & in ſenatu cõtra uirũ fortem Aulũ Gabinum grauiter ornateqꝫ dixiſti: cũ is de uno imperatore cõtra prædones cõſtituendo legẽ ꝓmulgaſſet. Et ex hoc ipõ loco permulta idem contra legẽ uerba feciſti. Quid tum ꝑ deos immortales ſi plus apud po. ro. auctori tas tua quã ipſius po. ro. ſalus & uera cauſa ualuiſſet: hodie hanc gloriã atqꝫ hoc orbis terre imperiũ teneremus? An tibi tũ imperi um eſſe uideat᷑ cum po. ro. legati: prætores: quæſtoreſqꝫ capieban tur? cũ ex omnibus ꝓuintiis commeatu & priuato & publico ꝓ hibebantur? Cum ita clauſa erãt nobis omnia maria: ut neque ꝓ uatam rem maritimam neqꝫ publicam iam obire poſſemus? Que ciuitas antea unq̃ fuit non dico athenienſium: que ſatis late quon dam mare tenuiſſe dicitur: nõ carthaginenſium: qui per multum claſſe maritimiſque rebus ualuerunt: non Rhrodorum: quorum uſqꝫ ad noſtram memoriam diſciplina naualis & gloria remanſit quæ ciuitas antea unq̃ tam tenuis tam parua inſula fuit: quæ nõ portus ſuos & agros & reliquam partem regionis atque oræ ma ritimae per ſe ipſam defenderet? At hercle aliquot ãnos cõtinuos ante legẽ Gabianã ille Po. ro. cuius uſqꝫ ad noſtram memoriã no men inuictum in naualibus pugnis permanſit: magna ac multo maxĩa pte non mõ utilitatis: ſed dignitatis atqꝫ impii caruit. Nos quoꝝ maiores Antiochũ regem claſſe ꝑſemperqꝫ ſuparũt: oĩbuſqꝫ naualibus pugnis carthaginenſes homines in maritimis rebus ex ercitatiſſimos peritiſſimoſque uicerunt . his nullo in loco iã ꝓdo nibus pares eſſe poteramus . Nos quoqꝫ qui antea nõ modo Itali am habebamus tutam : ſed omnes ſocios in ultimis oris auctori tate noſtri imperii ſaluos præſtare poteramus: tũ cũ inſula Delos

tam procul a nobis in ægeo mari poſita:quo omnes undiq; cum mercibus atq; oneribus cómeabant referta diuitiis parua ſine mu ro nihil timebat:iidé non modo prouintiis atq; oris Italie mariti mis ac portibus noſtris:ſed etiã appia iam uia carebamus. Et his temporibus nó pudebat magiſtratus po.ro.in hũc ipſũ locũ aſcé dere:cum eum uobis maiores noſtri exuuiis nauticis & claſſium ſpoliis ornatũ reliquiſſent. Bono te animo tũ .Q. Hortenſi po . ro .& cæteros q erant in eadé ſententia dicere exiſtimauit:eaq; ſen tiebat. Sed tamen in ſalute cómuni idé po.ro.dolori ſuo maluit q̃ auctoritati ueſtræ obtéperare. Itaq; una lex:unus uir:unus ani mus non modo uos illa miſeria aut turpitudine liberauit: ſed eti am effecit:ut aliquando uere uideremur omnibus gentibus ac na tionibus terra mariq; imperatore. Quo mihi etiam indignius ui detur obtrectatum eſſe adhuc Gabino dicam:an ne Pompeio:an utriq;:id quod eſt uerius:ne legaretur Aulus Ga.Cn.Pom.expe tenti ac poſtulanti.Verũ ille qui poſtulat legatum ad tantũ bellũ quem uelit:idoneus nó eſt:qui impetret cum cæteri ad expilãdos ſotios:diripiendaſq; ꝓuintias quos uoluerunt legatos eduxerint An ipſe cuius lege ſalus ac dignitas po.ro.atq; omnibus gétibus conſtituta eſt:expers eſſe debet gloriæ eius imperatoris: atq; eius exercitus:qui conſilio eius atq; periculo eſt conſtitutus:An Cn. Falcidius.Q.Metellus. Q.Cælius.Latiniéſis. Cn.Létulus:quos omnis honoris cauſa nomino:cum tr.ple. fuiſſét anno proximo legati eſſe potuerunt.In hoc uno Gabino ſunt tam diligentes: q in hoc bello quod lege gabinia geritur in hoc imperatore atq; ex ercitu:quem per ſe ipſe cóſtituit & præcipuo iure eſſe deberet de quo legando conſules ſpero ad ſenatum relaturos : qui ſi dubita bũt:aut grauabunt:ego me profiteor relaturum . Neq; me impe diet eius quirites inimicum edictum:quo minus fretus uobis ue ſtrum ius beneficiumq; defendam .Neque præter interceſſionem quicquã audeam:de qua ut arbitror iſti ipſi qui minantur etiam atq; etiam quid liceat conſiderabunt .Mea quidé ſententia qrites unuſ Aulus Ga.belli maritimi rerumq; geſtarum Cn.Pom.aſcri bitur : propterea ꝙ alter illud bellum ſuſcipiédum ueſtris ſuffra giis detulit:alter delatum ſuſceptumq; confecit.Reliquum eſt:ut

de.Q.Catuli auctoritate & ſententia dicendum eſſe uideatur:qui cum ex uobis quæreret ſi ĩ uno Cn.Pom.omnia poneretis .ſi qd de eo factũ eſſet :in quo ſpem eſſetis habituri: cepit magnum ſue uirtutis fructum ac dignitatis:cum omnes prope una uoce in eo ipſo uos ſpem habituros eſſe dixiſtis. Etenim talis eſt uir ut nulla res tanta ſit ac tam difficilis:quã ille non & conſilio regere:& integritate tueri : & uirtute conficere poſſit. Sed in hoc ipſo ab eo uehementiſſime diſſentio:quod quo minus certa eſt hominũ ac minus diuturna uita:hoc magis Reſpu.dũ p deos ĩmortales licet frui debet ſũmi homĩs uita atq; uirtute. At.n. inqt noui nihil fiat cõtra exẽpla atq; inſtituta maiorꝝ. Non dico hoc loco maiores nr̃os ſemp in pace cõſuetudini:in bello utilitati paruiſſe:ſemp ad nouos caſus tꝑorũ nouorꝝ cõſiliorũ rationes accõmodaſſe.Nõ dicã duo bella maxĩa punicũ & hiſpanienſe ab uno impatore eſſe cõfecta:duas urbes potẽtiſſimas q̃ huic impio maxime minabantur Carthaginẽ atq; Numanciã ab eodẽ Scipione eſſe deletas. Nõ cõmemorabo nup ita uobis p̃ribuſq; ur̃is eẽ uiſũ ut ĩ uno.C.Mario ſpes impii poneret̃.ut idẽ cũ Iugurtha:idẽ cũ Cĩbris: idẽ cũ theutonis bellũ admĩſtraret:In ip̃o Cn.Põ.in quo noui cõſtitui nihil uult.Q.Catulus.q̃multa ſint noua ſummaq; Catuli uolũtate cõſtituta recordamini. Quid tam nouum q̃ adoleſcentulũ ꝓuatim exercitum difficili Reipu.tempore Syllæ conficere:̃confecit.huic præeſſe etiam præfuit.rem optime ductu ſuo gerere geſſit. Quid tam præter cõſuetudinem q̃ homini padoleſcenti:cui a ſenatorio gradu ætas longe abeſſet imperium atq; exercitum dari:̃Siciliam permittit: atq; Affricam :bellum quæ in ea adminiſtrandũ. Fuit in his prouintiis ſingulari innocentia: grauitate:uirtute:bellũ in Affrica maximum confecit:uictorẽ exercitũ deportauit:Quid uero tam inauditũ q̃ equitem Ro.triumphare. At eam quoq; rem Po.Ro.nõ modo uidit ſed etiã ſtudio omni uiſendã putauit. qd tã inuſitatũ q̃ cũ duo conſules clariſſimi fortiſſimiq; eſſent: eques ad bellũ maximũ formidoloſiſſimũq; ꝓ cõſule mitteret̃ :miſſus ẽ Quo quidẽ tempore cũ eſſet non nemo in ſenatu qui diceret non oportere mitti hominẽ priuatũ pro conſule .L.Philippus dixiſſe dicit̃ non ſe illũ ꝓ ſua ſentẽtia ꝓ conſule:ſed ꝓ cõſulibus mittere

Tanta in eo Reip.bene gerendæ ſpes conſtituebat:ut duorũ con ſulum munus unius adoleſcentis uirtuti cõmitteret . Quid tam ſingulare q̃ ut ex.S.C.legibus ſolutus conſul ante fieret q̃ ullum aliũ magiſtratũ per leges capere licuiſſet: Quid tam incredibile q̃ ut iterũ eques Ro.ex.S.C.triumpharet.Que in omnibus homi nibus noua poſt hominũ memoriam cõſtituta ſunt: ea tã multa non ſunt q̃ hæc quæ in hoc uno homine uidemus. Atq; hæc tot exempla tanta ac tam noua perfecta ſunt in eundem hominem a Q.Catulo: atq; a cæterorum eiuſdẽ dignitatis ampliſſimorũ ho minum auctoritate .Quare uideant ne ſit periniquum & nõ ferẽ dum illorum auctoritatem de Cn.Pom.dignitate a uobis cõpro batam ſemper eſſe. Veſtrum ab illis de eodem homine iudicium po.q; ro.auctoritatem improbari:præſertim cũ iam ſuo iure po. ro.in homine ſuã auctoritatẽ : uel contra omnes qui diſſentiunt poſſit defendere : propterea q̃ iſtis reclamantibus uos unũ illum ex omnibus delegiſtis:quem bello prædonũ preponeretis. hoc ſi uos temere feciſtis:& Reip. parũ conſuluiſtis. recte iſti ſtudia ue ſtra ſuis cõſiliis regere conantur . Sin aũt uos plus tum in repu. uidiſtis uos his repugnantibus p̃ uoſmetipſos dignitate huic im perio:ſalutem orbi terrarum attuliſtis aliquando iſti principes:& ſibi & cæteris po.ro.uniuerſi auctoritati parendum eſſe fateantur Atq; in hoc bello Aſiatico & regio non ſolũ militaris illa uirtus quæ ẽ in Cn.Pom.ſingularis:ſed aliæ quoq; uirtutes animi mlt̃e ſunt:& magne requirũtur .Difficile eſt in Aſia Cilicia.Syria. reg niſq; interiorum nationum ita uerſari ueſtrum Imperatorem : ut nihil aliud q̃ de hoſte ac laude cogitet . Deinde etiam ſi qui ſint pudore ac temperantia moderatiores tamen eos eſſe tales propter multitudinẽ hominum cupidoꝝ nemo arbitrat̃.Difficile ẽ dictu quirites quãto in odio ſumus apud exteras natõnes propter eoꝝ quos ad eas hoc anno cũ imperio miſimus iniurias ac libidines : Quod enim uanum putatis ĩ illis terris ueſtris magiſtratibus re ligioſum: Quã ciuitatẽ ſanctã: Quã domũ ſatis clauſã ac muni tam fuiſſe: Vrbes iã locupletes & copioſe requirunt̃:quibus cau ſa belli propter diripiendi cupiditatem inferat̃.Libenter hoc corã cũ.Q.Catulo &.Q. Hortẽſio diſputarẽ ſũmis & clariſſimis uiris

Nouerunt enim ſotiorum uulnera:uidēt eorum calamitates:que rimonias audiunt:pro ſotiis uos contra hoſtes exercitum mitterē putatis? An hoſtiū ſimulatione contra ſotios atq; amicos? Que ciuitas eſt in Aſia:quæ non modo unius imperatoris aut legati: ſed unius tribuni militū animos ac ſpē capere poſſit? Quare etiā ſi quem habetis qui collatis ſignis exercitus regios ſuperare poſſe uideatur:tamen niſi erit idem qui ſe a pecuniis ſotiorū: qui ab eo rum cōiugibus ac liberis:qui ab auro gazaq; regia manus oculos animū cohibere poſſit. Non erit ydoneus qui ad bellum Aſiati cum regiumq; mittatur. Et quā putatis ciuitatem pacatam fuiſſe quæ locuples ſit? & quam eſſe locupletem quæ iſtis pacata eſſe ui deatur:Ora maritima Cn.Pom. non ſolum propter rei militaris gloriam:ſed etiam propter animi continentiam requiſiuit. Vide bat enim populus Romanus nō locupletari quot annis pecunia publica præter paucos: neq; eos quicq̄ aliud aſſequi claſſium no mine niſi ut detrimentis accipiendis maiore affici turpitudine ui deremur. Nunc qua cupiditate homines in prouintias. quibus iacturis:quibus conditionibus proficiſcantur.ignorant uidelicet iſti qui ad unum deferenda eſſe omnia non arbitrantur: quaſi nō Cn.Pom.nō ſuis uirtutibus: ſed alienis uitiis magnum eſſe uide amus. Quare nolite dubitare quin huic uni credatis omnia q in ter annos tot unus inuentus ſit:quem ſotii in urbes ſuas cum ex ercitu ueniſſe gaudeāt. Quod ſi auctoritatibus hanc cauſam qui rites confirmandam putatis:eſt uobis auctor uir bellorum omni um maximarumq; rerum peritiſſimus. P. Seruilius:cuius tantæ res geſtæ terra mariq; extiterunt:ut cū de bello deliberetis auctor uobis grauior eſſe nemo debeat.Eſt.C.Curio ſummis ueſtris be neficiis maximiſq; rebus geſtis ſummo ingenio & prudentia præ ditus. Eſt Cn.Lentulus ī quo omnes pro ampliſſimis ueſtris ho noribus ſummum conſilium ſummam grauitatem eſſe cognoſci tis. Eſt.C.Caſſius integritatæ:uirtute:conſtantia ſingulari.Qua re uidete ut horum auctoritatibus illorum orationi :qui diſſenti unt reſpondere poſſe uideamur. Quæ cum ita ſint.C.Manili' pri mum iſtam tuam & legem & uolūtatem & ſententiam laudo: ue hementiſſimeq; comprobo .Deinde etiā hortor ut auctore.P.R.

maneas in ſententia : neue cuiuſquam uim aut minas ꝑtimeſces: primum in te ſatis eſſe animi conſtantiæq; arbitror . Deinde cum tantam multitudinem cum tanto ſtudio adeſſe uideamus : quantam non iterum in eodem homine præficiendo uidimus . quid eſt quod aut de re : aut de præficiendi facultate dubitemus ? Ego autem quicquid in me eſt ſtudii: conſilii: laboris: ingenii : qcquid hoc beneficio popu . Ro. atque hac poteſtate prætoria : quicquid auctoritate: fide conſtantia poſſum: id omne ad hanc rem conficiendam tibi & Po. Ro. polliceor: ac defero . Teſtorq; omnes deos & maxime eos qui huic loco temploque præſident: qui omnium mentes eorum qui ad Rempublicam adeunt maxime perſpiciūt me hoc neque rogatū facere cuiuſq̄ : neque quo Cn. Pom. gratiā mihi per hanc cauſam conciliari putem: neq; quo mihi ex cuiuſq̄ amplitudine aut præſidia periculis aut adiumēta honoribus quæram : propterea ꝗ pericula facile ut homines præſtare opem innocentia tecti pellemus . Honorem autem : neque ab uno neque ab hoc loco : ſed etiā noſtra illa laborioſiſſima ratione uitæ ſi ueſtra uoluntas feret conſequemur . Quamobrem quicquid in hac cauſa mihi ſuſceptum eſt Quirites : id omne cauſa Reipublice ſuſcepiſſe confirmo . Tantumq; abeſt ut aliquam bonam gratiam mihi quæſiſſe uidear: ut multas etiā ſimulates partim obſcuras : partim apertas intelligatis mihi non neceſſarias uobis non inutiles ſuſcepiſſe . Sed ego me hoc honore præditum tantis ueſtris beneficiis affectum ſtatui Quirites ueſtram uolūtatem & Reipublice dignitatem: & ſalutem prouintiarum atque ſotiorum meis omnibus commodis & rationibus præferri oportere :.

M.T.C.PRO TITO ANNIO MILONE ORATIO

T ſi uereor iudices: ne turpe ſit pro fortiſſimo uiro dicere incipientem timere: minimeq; dece at:cum Milo Titus Annius ipſe magis de Rei pu.ſalute q̃ de ſua perturbetur: me ad eius cau ſam paré animi magnitudinem afferre nó poſſe tamen hæc noui iudicii noua forma terret ocu los:qui quocunq; inciderint:ueteré conſuetudiné fori:& priſtinũ moré iudicioꝝ minime uident . Nó enim corona cóſeſſus ueſter cinctus eſt ut ſolebat :nó uſitata frequentia ſtipati ſumus.Nã illa præſidia:quæ pro templis omnibus cernitis: & ſi contra uim col lata ſũt:nó afferunt tñ oratori aliquid:ut in foro & in iudicio q̃q̃ præſidiis ſalutaribus & neceſſariis ſepti ſumus:tamen ne nó time re ſine aliquo timore poſſumus:quæ ſi oppoſita Miloni putarem cederé tempori iudices .Nec inter tantã uim armoꝝ exiſtimarem oratori locũ eſſe .Sed me recreat & reficit Cn. Pom.ſapientiſſimi & illuſtriſſimi uiri conſilium:qui ꝓfecto nec iuſticiæ ſuæ putaret eſſe qué reũ ſententiis iudicũ tradidiſſet:eundé telis militũ dedere nec ſapientiæ temeritaté cócitatæ multitudinis auctoritate publi ca armare. Quãobré illa arma centuriones: cohertes nó periculũ nobis:ſed præſidiũ denunciant .neq; ſolũ ut quieto: ſed etiam ut magno animo ſimus hortant̃. neq; auxiliũ modo deféſioni meæ uerũ etiam ſilentiũ pollicentur .Reliqua uero multitudo quæ q dem eſt ciuiũ tota noſtra eſt : neq; eorũ quiſq̃ eſt quos undiq; in tuentes ex hoc ipſo loco cernitis:unde aliqua pars fori aſpici pót: & huiuſmodi exitũ uidetis expectantes nó cũ uirtuti Milonis fa uet:tũ de ſe:de liberis ſuis:de patria :de fortunis hodierno die cer tari putat. Vni genus é aduerſũ infeſtũq; nobis eorum quos .C. Clodii furor rapinis:& incendiis : & omnibus exitiis publicis pa rauit : q heſterna etiã concione incitati ſũt:ut uobis uoce præirét quid iudicaretis.Quorũ clamor ſi quis forte fuerit:admoner̃ uos debebit:ut eum ciuem retineatis qui ſemper genus illud hominũ clamoreſq; maximos pro ueſtra ſalute neglexerit :̃ Quamobrem adeſte animis iudices : & timoré ſi qué habetis deponite. Nam ſi

unq̃ de bonis & fortibus uiris.ſi unq̃ de benemeritis ciuibus po teſtas uobis iudicãdi fuit:ſi deniq; unq̃ locus ampliſſimorũ ordi num delectis uiris datus eſt : ubi ſua ſtudia erga fortes & bonos ciues:quæ uultu & uerbis ſæpe ſignificaſſent : re & ſentẽtiis decla rarent:hoc profecto tempore eã poteſtatẽ omnem uos habetis.ut ſtatuatis:utrũ nos q ſemp ueſtræ auctoritati dediti fuimus:ſemp miſeri lugeamus:an diu uexati a perditiſſimis ciuitatibus aliquã do p uos ac per ueſtrã fidẽ:uirtutẽ: ſapientiãq; recreemur . Quid enim nobis duobus iudices laborioſius? quid magis ſollicitum? magis exercitum dici aut fingi poteſt? qui ſpe ampliſſimorũ præ miorũ ad Rempu.adducti metu crudeliſſimorũ ſuppliciorum ca rere non poſſumus . Et quidem cæteras tempeſtates & procellas in illis dumtaxat fluctibus contionum ſemp putaui Miloni eſſe ſubeundas:q; ſemper pro bonis contra improbos ſenſerat . In iu dicio uero & in eo conſilio in quo ex cunctis ordinibus ampliſſi mi uiri iudicarent.nunq̃ exiſtimaui ſpem ullã eſſe habituros Mi lonis inimicos ad eius nõ ſalutẽ modo extinguendã:ſed ne etiam gloriã p tales uiros infringendã .Quãq̃ in hac cauſa iudices Titi Annii tribunatu rebus omnibus p ſalute reipu.geſtis ad eius cri minis defenſionẽ nõ abutemur:niſi oculis uideritis inſidias Milo ni a Clodio factas:nec dep̃catuiri ſumus ut crimen hoc nobis mul ta propter præclara in Rempu. merita condonetis:nec poſtulatu ri ut ſi mors .P.Clodii ſalus ueſtra fuerit:idcirco eã uirtuti Milo nis potiuſq̃ P.R.felicitati aſſignetis.Sed ſi illius inſidiæ clariores hac luce fuerint:tum deniq; obſecrabo obteſtaborq; uos iudices. ſi cætera amiſimus:hoc ſaltem nobis relinquatur ut ab inimicorum audacia teliſq; uitam impune liceat defendere . Sed anteq̃ ad eam rationẽ ueniam:quæ eſt propria noſtræ quæſtionis: uidentur ea eſſe refutanda:q̃ in ſenatu ſæpe ab inimicis improbis ſæpe iactata ſunt:& in contione & pauloante ab accuſatoribus :ut omni terro re ſublato rem plane q̃ uenit in iudiciũ uidere poſſitis . Negãt in tueri lucẽ fas ei q a ſe hominẽ occiſũ fateat̃ . In qua tandem urbe hoc homines ſtultiſſimi diſputant? Nempe in ea quæ p̃mũ iudi ciũ de capite uidit.M.Horatii fortiſſimi uiri:qui nondum libera ciuitate tñ Po.Ro.comitiis liberatus eſt: cũ ſua manu ſororẽ eſſe

interfectam fateretur . An ne ē quiſq̄ qui hoc ignoret:cum de ho mine occiſo quæratᷣ aut negari ſolere id omnino eſſe factū:aut re cte aut iure factum eſſe defendi. Niſi uero exiſtimetis dementem P.Affricanum fuiſſe:qui cū a Carbone tribunoplebis in cōtione ſeditioſe interrogaretur:quid de.T.Gracchi morte ſentiret:reſpō dit iure cæſum uideri. Neq; eni poſſet aut Hala ille Seruilius.aut P.Naſſica:aut .L. Opimius:aut.C. Marius: aut me conſule ſena tu.non nefarius haberi:ſi ſceleratos ciues interfici nefas eſſet.Itaq; hoc iudices non ſine cauſa fictis fabulis doctiſſimi homines me moriæ prodiderunt:eum qui patris ulciſcendi cauſa matrem neca uiſſet uariatis hominū ſentētiis non ſolum humana: ſed etiā deæ ſapientiſſimæ ſententia liberatū. Quod ſi duodecī tabule noctur num finem quoquo modo:diurnū autē ſi telo ſe defenderit inter fici impune uoluerūt :quis ē qui quoquo modo quis interfectus ſit puniendū putet:cū uideat aliquando gladiū nobis ad occiden dum hominē ab ipſis porrigi legibus . Atqui ſi tempus ē ullū iu re hominis necandi(quæ multa ſunt)certe illud non modo iuſtū uerumetiā neceſſariū cum ui uis illata defenditur:pudiciciā cū eri peret militi tribunus militaris in exercitu.C. Marii ꝓpinquus ei us imperatoris interfectus ab eo eſt cui uim afferebat . Facere .n. probus adoleſcens periculoſe q̄ perpeti turpiter maluit . Atque hunc ille uir ſummus ſcelerᷣ ſolutum periculo liberauit.Inſidiato ri uero & latroni quæ poteſt afferri iniuſta nex:Quid comitatus noſtri:quid gladii uolūt :quos habere certe non liceret:ſi uti illis nullo pacto liceret . Eſt ergo hæc nō ſcripta ſed nata lex:quā non didicimus:accepimus legimus : uerūetiam ex natura ipſa arripui mus:hauſimus:expreſſimus:ad quam non docti ſed facti:non in ſtituti ſed imbuti ſumus ut ſi uita noſtra in aliquas inſidias :ſi in uim in tela aut latronū aut inimicoꝝ incidiſſet: omibus honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis.Silent enim leges inter arma:nec ſe expectari iubent:cū ei q expectare uelit : ante iniuſta pœna luēda ſit:q̄ iuſta repetenda . Et ſi perſapienter & quodāmodo tacite dat ipſa lex poteſtatē defendendi:quæ nō modo hominem occidi:ſed eſſe cū telo hominis occidendi cauſa uetat: ut cū cauſa non telum q̄rerétᷣ:q ſui defendendi cauſa telo eſſet uſus:non homīs occidēdi

cauſa habuiſſe telũ iudicaretur . Quapropter hoc maneat in cau ſa iudices. Non enim dubito quin probaturus ſim uobis defenſi onem meã ſi id memineritis quod obliuiſci nõ poteſtis inſidiato rem iure interfici poſſe . Sequitur illud quod a Milonis inimicis ſæpiſſime dicit᷑:cædem qua.P.Clodius occiſus é ſenatu iudicaſſe cõtra Rempu.eſſe factã.Illã uero ſenatus nõ ſententiis ſuis ſolum ſed etiã ſtudiis cõprobauit . Quotiés eſt enim illa cauſa in ſenatu a nobis acta:quibus aſſenſionibus uniuerſi ordinis :quare nec ta citis nec occultis: quãdo enim frequentiſſimo ſenatu quatuor ad ſummũ quinq; ſunt inuenti q Milonis cauſam nõ probarẽt decla rant hoc ambuſti Tri.ple. illæ inter mortuæ contiones : quibus quotidie mea potentia inuidioſe criminabatur : cũ diceret ſenatũ nõ quod ſentiret:ſed quod ego uellem re decernere . Quæ quidẽ ſi potentia eſt appellanda potius q̃ aut propter officioſos abores meos:nõnulla apud bonos gratia appellatur:ita ſane:dummodo ea nos utamur pro ſalute bonorũ contra amentiam perditorum. Hanc uero quæſtionem & ſi nõ eſt iniqua:nunq̃ tamẽ ſenatus cõ ſtituendã putauit. Erant enim leges.erant quæſtiones uł de cæde uel de ui:nec tantum mœrorem ac luctũ ſenatui mors .P. Clodii afferebat : ut noua quæſtio conſtitueret᷑ .Cuius enim ſenatui de illo inceſto ſtupro iudiciũ decernẽdi poteſtas eſſet erepta: de eius interitu quis põt crede᷑ ſenatũ iudiciũ nouũ cõſtituendũ putaſſe Cur igitur incendium curiæ:oppugnationem ædiũ Marci lepidi cædem hãc ipſam contra Rempu.ſenatus factã eſſe decreuit.quia nulla uis unq̃ eſt in libera ciuitate ſuſcepta inter ciues non contra Rempu.Nõ.n.é ulla defenſio cõtra uĩm unq̃ optãda: ſed nõ nũq̃ eſt neceſſaria:niſi uero aut ille dies in quo.T.Gracchus eſt cæſus aut ille quo.C. quo aut arma Saturnini etiã ſi de repu. oppreſſa ſunt. Rempu.tñ nõ uulnerarũt .Itaq; ego ipſe decreui:cũ cædem in Appia factã eſſe cõſtaret:nõ eũ qui ſe defendiſſet cõtra rempu. feciſſe: ſed cũ eſſet in re uis & inſidiæ crimẽ iudicio reſeruaui: rem notaui . Quod ſi per furioſum illũ tribunum ſenatui quod ſenti ebat perficere licuiſſet.nouam quæſtionem nũc nullã haberemus Decernebat enim ut ueteribus legibus tãtũmodo extra ordinem quæreret᷑.diuiſa ſententia eſt poſtulante neſcio quo .Nihil enim

neceſſe eſt eſſe omniū flagitia proferre. ſic reliqua auctoritas ſena
tus inepta interceſſione ſublata eſt. At enim Cn.Pom.rogatione
ſua & de re & de cauſa iudicauit. Tulit.n.de cæde quæ in Appia
uia facta eſſet:in qua .P. Clodius occiſus fuit .Quid ergo tulit?
Nempe ut quæreret? Quid porro quærendū eſt factum ne ſit?
At conſtat.a quo? At patet. Vidit etiam in confeſſione facti iuris
tamen defenſionē ſuſcipi poſſe. Quod niſi uidiſſet: poſſe abſolui
eum qui fateretur:cum uideret nos fateri: neq; queri unq̄ iuſſiſſet
nec nobis tam ſalutarem hanc in iudicando litteram quam illam
triſtem dediſſet. Mihi uero Cn.Pom.nō modo nihil grauius cō
tra Milonem iudicaſſe:ſed etiā ſtatuiſſe uidetur quid uos in iudi
cando ſpectare oporteret .Nam qui nō pœnā confeſſioni:ſed defē
ſionem dedit:is cauſā interitus quærendā non interitum putauit
Iam illud dicent ipſe ꝓfecto:quod ſua ſponte fecit.P. ne Clodio
tribuendum putet an tempori . Domi ſuæ nobiliſſimus uir ſena
tus propugnator:atq; illis quidē temporibus pene patronus auū
culus huius nr̄i iudicis fortiſſimi uiri Catonis Tri.ple. M. Dru
ſus occiſus eſt .Nihil de eius morte Po. conſultus: nulla condita
decreta a ſenatu ſunt.Quātum luctus in hac urbe fuiſſe a noſtris
patribus accepimus.cum.P.Affricano domi ſuæ quieſcēti illa no
cturna uis eſſet illata:Quis tū nō ingemuit? quis non arſit dolo
re? quē immortalem ſi fieri poſſet omnes eſſe cuperent eius ne ne
ceſſariam quidem expectandā eſſe mortem.Num igitur ulla quæ
ſtio de Affricani morte lata ē? certe nulla. Quid ita? quia nō alio
facinore clari homines:alio obſcuri necantur ne interſit inter uite
dignitatem ſūmorū atq; infimorū . Mors quidem illata ꝑ ſcelus
hiſdem pœnis teneatur & legibus :niſi forte magis erit patricida
qui conſularē patrē q̄ ſi quis humilē necauerit. At eo mors atroci
or erit.P.Clodii.ꝙ is in nocumentis maiorū ſuorꝝ ſit interfectus
Hoc enim ſæpe ab iſtis dicitur : perinde quaſi Appius ille cæcus
uiam munierit nō qua populus uteretur : ſed ubi impune ſui po
ſteri latrocinarentur . Itaq; in eadem iſta Appia uia cum ornatiſſi
mum equitem Ro.M. Papirū excidiſſet nō fuit iſtud facinus pu
niendum:homo enim nobilis in ſuis monumētis equitem ro. ex
ciderat.Nunc eiuſdem Appiæ nomen quantas tragœdias excitat

quæ cruẽtata antea cæde honeſti atq; innocentis uiri ſilebatur : ea dem nunc crebro uſurpatur: poſtea q̃ latronis & patricidæ ſãgui næ imbuta eſt . Sed quid ego illa cõmemoro comprehenſus ẽ in templo Caſtoris ſeruus.P.Clodii:quem ille ad.Cn.Pom. interfi ciendum collocauit.extorta eſt confitenti ſica de manibus.Caru it foro poſtea Pom.caruit ſenatu caruit publico.Ianua ſe ac parie tibus non iure legum iudiciorumq; texit . Num quæ rogatio la ta:num quæ noua quæſtio decreta eſt: Atq; ſi res: ſi uir:ſi tẽpus ullum dignũ fuit:certe hæc in illa cauſa ſũma omnia fuerunt . In ſidiator erat in foro collocatus:atq; in ueſtibulo ipo ſenatus:ei ui ro autem mors parabatur:cuius in uita nitebatur ſalus ciuitatis. eo porro Reip.tempore quo ſi unus ille occidiſſet:Non hoc ſolũ ciuitas:ſed gentes omnes concidiſſent. niſi forte quia perfecta res non eſt nõ fuit punienda:perinde quaſi exitus rerũ non hominũ conſilia legibus uindicent: minus dolendũ fuit re nõ pfecta : ſed puniendũ certe nihilominus.Quotiens ipſe iudices ex.P.Clodii telis:& ex cruẽtis eius manibus effugi: ex qbus ſi me nõ mea uel Reip. fortuna ſeruaſſet:quis tandẽ de interitu meo quæſtionẽ tu liſſet.Sed ſtulti ſumus qui Druſũ:qui Affricanum:Pom.uoſmet ipſos cum.P.Clodio conferre audeamus. Tollerabilia fuerũt illa P.Clodii mortẽ æquo animo nemo ferre põt.Luget ſenatus:mœ ret equeſter ordo:tota ciuitas confecta ſenio eſt. ſqualent munici pia:afflictant coloniæ:agri deniq; ipi tam beneficiũ:tam ſalutarẽ tam manſuetũ ciuem deſiderant. Nõ fuit ea cauſa iudices nõ fuit cur ſibi cenſeret Pompeius quæſtionẽ ferendã : Sed homo ſapiẽs & alia quadam mẽte præditus multa uidit fuiſſe illum ſibi inimi cum:familiarem Milonem in communi omnium læticia:ſi etiam ipſe gauderet : timuit :ne uideretur infirmior fides reconciliatæ gratiæ. Multa etiam alia uidit.ſed illud maxime quãuis atrociter ipſe tuliſſet :uos tamen fortiter iudicaturos . Itaq; elegit e floren tiſſimis ordinibus ipſa lumina . Neq; uero quod nonnulli dicti tant : ſecreuit in iudicibus legendis amicos meos . Neque enim hoc cogitauit uir iuſtiſſimus . Neque in bonis legendis id non aſſequi potuiſſet: etiam ſi cupiſſet . Non enim mea gratia familia ritatibus continetur : quæ late petere non poſſunt : propterea ꝗ

conſuetudines uictus non poſſunt eſſe cum multis. Sed ſi quid poſſumus ex eo poſſumus ꝙ Reſpublica nos coniūxit cum multis: ex quibus ille cum optimos uiros legeret: idq́ maxime ad fidem ſuam pertinere arbitraretur: non potuit legere nō ſtudioſos mei. Quod uero te .L. Domici huic quæſtioni præeſſe maxime uoluit: nihil quæſiuit aliud niſi iuſticiam: grauitatem: humanitatem: fidem. Tulit ut conſularem neceſſe eſſet. Credo ꝙ principum munus eſſe ducebat reſiſtere & leuitati multitudinis & perditorum temeritati. Ex conſularibus te creauit potiſſimum. Dederas enim quaſi contemneres populares inſidias iam ab adoleſcētia documenta maxima. Quamobrem iudices ut ad cauſam crimenque aliquando ueniamus: ſi neque omnis cōfeſſio facti eſt inuſitata: neque de cauſa quicquā noſtra aliter ac nos uellemus a ſenatu iudicatum eſt: & lator ipſe legis cum eſſet controuerſia nulla facti iuris tamē diſceptationem eſſe uoluit: electi iudices & iſti præpoſitus quæſtioni qui hoc iuſte ſapienterque diſceptet. Reliquum eſt iudices ut nihil iā aliud quærere debeatis: niſi uter utri inſidias fecerit: quod quo facilius argumentis perſpicere poſſitis: rem geſtam uobis dum breuiter expono: quæſo diligenter attendite. P. Clodius cum ſtatuiſſet omni ſcelere in prætura uexare rē publicam uideretq́ ita tractata eſſe comitia anno ſuperiore: ut nō multos menſes præturam gerere poſſet: qui non honoris gradū ſpectaret ut ceteri: ſed etiam .L. Paulum collegam effugeret uellet ſingulari uirtute ciuem: & annum integrum ad dilacerandā rem publicam quæreret: ſubito reliquit annum ſuum: ſeq́ in annum proximum tranſtulit: non religione aliqua ſed ut haberet quod ipſe dicebat ad præturam gerendam: hoc eſt ad euertēdam remp. plenum annum atq́ integrum. Occurrebat & mancam ac debilē præturā ſuam futurā conſule Milone. eū porro ſūmo cōſenſu po. ro. conſulē fieri uidebat: cōtulit ſe ad eius cōpetitores: ſed ita totā ut petitionem ipſe ſolus etiam inuitis aliis gubernaret: tota ut comitia ſuis ut dictitabat humeris ſuſtineret. Conuocabat tribus ſe īterponebat coloniam nouā dilectū perditiſſimoꝝ ſcribebat ciuiū. Quāto ille plura miſcebat: tanto magis hic indies cōualeſcebat. Vbi uidet homo ad omnia facinus paratiſſimus fortiſſimum

uirum inimiciſſimum ſuum certiſſimum cõſulem .Idq; intellexit nõ ſolum ſermonibus: ſed etiam ſuffragiis po.ro. ſæpe eſſe declaratum.palam agere cœpit:& aperte dicere occidendum Milonem ſeruos agreſtes & barbaros quibus ſiluas publicas depopulatus erat ætruriãq; uexarat: ex appẽnino deduxerat:quos uidebatis.res erat minime obſcura . Etenim palam dictabat conſulatum Miloni eripi non poſſe : uitam poſſe . ſignificauit hoc ſæpe in ſenatu. dixit in contione:quin & Fauonio fortiſſimo uiro quæreti ex eo qua ſpe fureret Milone uiuo: reſpõdit triduo illum ad ſummum quatriduo periturum quam uocem eius ad hunc Marcum Catonem ſtatim Fauonius detulerũt exterim cum ſciret Clodius(neq; enim erat difficile ſcire)Iter ſolemne legitimum:neceſſarium:ante diem.xiii.kal.februarii Miloni eſſe Lauinium ad flaminem ꝓdendum : quod erat dictator Lauinii Milo :Roma ſubito ipſe profectus pridie eſt ut ante ſuum fundum quod re intellectum eſt Miloni inſidias collocaret . Atq; ita profectus eſt: ut contionem turbulentam in qua eius furor deſideratus eſt:quæ illo ip̃o die habita eſt:relinquere:quam niſi obire facinoris locum tempuſq; uoluiſſet : nunq̃ reliquiſſet . Milo autem cum in ſenatu fuiſſet eo die quo a ſenatu dimiſſus eſt : domum uenit : calceos & ueſtimenta mutauit .pauliſper dum ſe uxor ut fit comparat commoratus eſt Deinde profectus id temporis cum iam Clodius ſiquidem eo die Romam uẽturus erat redire potuiſſet. Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo: nulla rheda:nullis impedimentis: nullis græcis comitibus ut ſolebat ſine uxore quod nunq̃ fere cũ hic inſidiator qui iter illud ad cædem faciẽdam apparaſſet cum uxore ueheret̃ in rheda penulatus : uulgus magno impedimento ac mulieri & delicato ancillarum puerorumque comitatu fit obuiam Clodio ante fundum eius hora fere undecima : aut non multo ſecus Statim complures cum telis in hunc faciunt de loco ſuperiore impetum : aduerſi rhedarium occidunt . Cum autem hic de rheda reiecta penula deſiluiſſet : ſeq; acri ac robuſto animo defenderet illi qui erant cum Clodio gladiis eductis :partim irruere ad rhedam ut a tergo Milonem adorirentur : partim ꝗ hunc iam interfectũ putarent:cædere incipiunt eius ſeruos :qui poſt erant:ex quibus

qui animo fideli in dominum erant & præſentes fuerunt: partim
occiſi ſunt:partim cũ ad rhedã pugnari uiderẽt & domino ſuccur
rere ꝓhiberentur:Milonẽq; occiſũ ex ipſo Clodio audirem :& ita
eſſe putarent:fecerũt id ſerui Milonis(dicã enim non deriuãdi cri
minis cauſæ ſed ut factũ eſt)neq; imperante neq; præſente domio
quod ſeruos quiſq; ſuos in tali re facere uoluiſſet.Hæc ſicut expo
ſui ita geſta ſũt iudices. Inſidiator ſuperatus:ui uicta uis uel poti
us oppreſſa uirtute audacia eſt. Nihil dico quid reſpu. conſecuta
ſit:nihil quid nos :nihil quid omnes boni: nihil ſane id ꝓſit Mi
loni qui hoc fato natus eſt:ut ne ſe quidẽ ſeruare potuerit qn una
rempu.uoſq; ſeruaret. Si id iure non poſſet:nihil habeo quod de
fendã .Sin hoc & ratio doctis:& neceſſitas barbaris:& mos genti
bus:feris natura ipſa præſcripſit:ut omnes ſemper uim quacunq;
ope poſſent a corpore a capite de uita ſua ꝓpulſarent: nõ poteſtis
hoc facinus improbũ iudicare:quin ſimul iudicetis omnibus qui
in latrones inciderint aut illorum telis ut ueſtris ſententiis eſſe pe
reundum : Qui ſi ita putaſſet : certe optabilius Miloni fuit dare
iugulum.P. Clodio nõ ſemel ab illo neq; tum primum petitum
q̃ iugulari a uobis qa ſe illi nõ iugulandũ tradidiſſet. Sin hoc ne
mo ueſtrũ ita ſentit:illud iã in iudiciũ uenit nõ occiſus ne ſit ꝙ fa
temur:ſed iure an iniuria quod multis antea in cauſis iã q̃ſitum ẽ
inſidias factas eſſe conſtat:& id ẽ quod ſenatus cõtra rempu.factũ
iudicauit. Ab utro factæ ſint incertum eſt.De hac igitur latum ẽ
ut quæreretur . Ita & ſenatus rem non hominẽ notauit aut Pom
peius de iure non de facto quæſtionem tulit. Nũquid igit᷑ aliud
in iudicium uenit:niſi uter utri inſidias fecerit:profecto nihil.Si
hic illi : ut ne ſit impune:ſi ille huic : tum nos ſcelere ſoluamur.
Quo nam igitur pacto probari poteſt inſidias Miloni feciſſe Clo.
dium . Satis eſt quidem in illa tam audaci :tam nefaria bellua do
cere magnam ei cauſam magnam ſpem in Milonis morte propo
ſita magnas utilitates fuiſſe . Itaque illud caſſianum cui bono fu
erit in his perſonis ualeat . Et ſi boni nullo emolumento impel
luntur in fraudem : improbi ſæpe paruo . Atqui etiam Milone
interfecto Clodius hoc aſſequebatur : non modo ut prætor eſſet
non eo conſule quo ſceleris nihil facere poſſet . Sed etiam ut his

conſulibus prætor eſſet : quibus ſi non adiuuantibus ac conuiuẽ tibus certe ſperaſſet ſe poſſe eludere ĩ illis ſuis cogitatis furoribus cuius illi conatus ut ille ratiocinabatur nec ſic cuperent reprimer̃ poſſent:cũ tantum beneficium ei ſe debere arbitrarentur.Et ſi uel lent fortaſſe uix poſſent frangere hominis ſceleratiſſimi corrobo ratam iam uetuſtate audaciam . An uero iudices uos ſoli ignora tis:uos hoſpites in hac urbe uerſamini .Veſtræ peregrinantur au res:neq; in hoc peruagato ciuitatis ſermone uerſantur quas ille le ges ſi leges nominandæ ſunt ac nõ faces urbis peſtes reipu. fuerit impoſiturus nobis omĩbus inuſturus .Exhibe quæſo Sexte Clo di:exhibe libellarium illud legum ueſtrarum quod te aiũt eripu iſſe e domo :& e mediis armis turbaq; nocturna tanq̃ palladium ſuſtuliſſe:ut præclarum idem munus ac inſtrumentum tribuna tus ad aliquem ſi nactus eſſes : qui tuo arbitrio tribunatum gere ret deferre poſſes . Et aſpexit me quidem illis oculis quibus tum ſolebat:cum omnibus minabatur . Mouet me quippe lumen cu riæ:quid tu me iratum Sexte putas tibi:cuius tu inimiciſſimum multo crudelius etiam punitus es q̃ erat humanitatis meæ poſtu lare . Tu.P. Clodii cruentum cadauer eieciſti domo:tu in publi cum eieciſti :tu ſpoliatum imaginibus :exequiis:pompa laudatõ ne infeliciſſimis lignis ſemiuſtulatum nocturnis canibus dilaniã dum reliquiſti .Quare etſi neceſſario feciſti:tamen quoniã ĩ meo inimico crudelitatem exprompſiſti tuã laudare nõ poſſum: iraſci certe non debeo :P. Clodii præturam non ſine maximo rerũ no uarum motu proponi ſolitam fore uidebatis : niſi eſſet is cõſul q eam auderet poſſetq; confringere. Eum Miloni eſſet cum ſentiret uniuerſus po.ro.quis dubitaret ſuffragio ſuo ſe metu:periculo rẽ pub.liberare:At nõ.P.Clodio uſitatis iã rebus obnitẽdo ẽ Milo ni ut tueat̃ dignitatem ſuam: ſingularis iſta huic uni cõceſſa glo ria :quæ quotidie erigebatur frangendis furoribus clodianis iam morte Clodii cecidit . Vos adepti eſtis ne quẽ ciuem metueritis. hic excitationem uirtutis ſuffragationem conſulatus:fontẽ ꝑhen nem gloriæ ſuæ perdidit . Itaque Milonis conſulatus qui uiuo Clodio labefactari non poterat :mortuo deniq; tentari cœptus ẽ. Non modo igitur nihil prodeſt:ſed obeſt etiam.P. Clodii mors

Miloni:at ualuit odium.fecit iratus fecit inimicus . fuit ultor iīu
riæ:punitor doloris ſui. Quod ſi hæc non dico maiora fuerūt in
Clodio q̄ in Milone :ſed ī illo maxima nulla in hoc. quid uultis
amplius ? quid enim odiſſet Clodium Milo:ſegetem ac materiā
ſuæ gloriæ? præter hoc ciuile odium quo omnes improbos odi
mus .Ille erat ut odiſſet primum defenſorem ſalutis meæ:deinde
uexatorem furoris:domitorē armorum ſuorū . poſtremo etiā ac
cuſatorē ſuū: reus enim Milonis lege Plotia fuit Clodius quoad
uixit:quo tandem animo hoc tyrannū tuliſſe creditis? quantum
odium illius & in homine iniuſto q̄ etiam iuſtum ? Reliquū eſt
ut iam illum natura ipſius conſuetudoq; defendat :hunc aūt hæc
eadem coarguāt:nihil per uim unq̄ Clodius: omnia per uim Mi
lo .quid ergo iudices cū mœrentibus uobis urbe ceſſi:intentauit
nō ſeruos?nō arma?non uim? quæ fuiſſet igitur cauſa reſtituēdi
mei:niſi fuiſſet iniuſta eiciendi?diem mihi credo dixerat. mulctā
irrogarat : actionem perduellonis intenderat . & mihi iudices in
cauſa aut ueſtra mala aut mea non præclariſſima iudicium timen
dum fuit : ſeruorum & egētium ciuium & facinoroſorum: armis
meos ciues meis conſiliis periculiſq; ſeruatos per me obici nolui.
Vidi enim:uidi hunc ipſum.Q.Hortenſium lumen & ornamen
tum reip.pene interfici ſeruorum manu:cum mihi adeſſet:qua in
turba .C. Vibienus ſenator uir optimus cum hoc cum eſſet una
ita eſt mulctatus ut uitam amiſerit . Itaque quando illius poſtea
ſicca illa quam a Catilina acceperat :conquieuit hæc intentata no
bis eſt . huic ego uos obici pro me non ſum paſſus : hæc inſidia
ta Pompeio eſt hæc iſtam Appiam monumenta ſui nominis ne
ce Papirii cruentauit . hæc eadem longo interuallo conuerſa rur
ſus eſt in me .Nuper quidem ut ſcitis me ad regiam pene cōfecit.
quid ſimile Milonis?cuius uis omnis hæc ſemper fuit:ne.P.Clo
dius cum in iudicium detrahi non poſſet.ui oppreſſam ciuitatem
teneret quem ſi interficere uoluiſſet:quante :quotiens occaſiones
q̄ preclare fuerunt . potuit ne cum domum ac deos penates ſuos
illo oppugnante defenderet iure ſe ulciſci? potuit ne ciui egregio
Publio Sextio collega ſuo uulnerato?potuit ne Fabricio uiro op
timo cū de r̄ditu meo legē ferret pulſo crudeliſſia ī foro cede facta

potuit ne Lu.Cælii iuſtiſſimi fortiſſimique prætoris oppugnata domo?potuit ne illo die cũ eſt lata lex de me cũ totius Italiæ con curſus : qué mea ſalus concitarat facti illius gloriam libens agno uiſſet?ut etiã ſi id Milo feciſſet:cuncta ciuitas eam laudem ꝓ ſua uendicaret.Atqui erat tempus clariſſimus & fortiſſimus cõſul ini micus Clodio.P.Lentulus ultor ſceleris illius:propugnator ſena tus:defenſor noſtræ uoluntatis: patronus illius publici conſéſus reſtitutor ſalutis meæ:ſeptem prætores octo tri.ple.illius aduerſa rii deféſores mei.Cn.Pom.& dux mei reditus:illius hoſtis:cuius ſentẽtiam ſenatus omnis de ſalute mea grauiſſimã & ornatiſſimã ſecutus eſt:qui po.ro. cohartatus:qui cũ de me decretum Capuæ fecit:ipſe cunctæ Italiæ cupienti & eius fidem imploranti ſignum dedit :ut ad me reſtituendam Romam concurrerent.omnia tum denique in illum odia ciuium ardebant deſiderio mei:quem cum interemiſſet non de impunitate eius: ſed de præmiis cogitaretur. tamen ſe Milo cõtinuit. Et.P. Clodium ad iudicium his:ad uim nunq̃ uocauit . quid priuato Milone & reo ad populum accuſan te.P.Clodio:cum in Cn.Pom.pro Milone dicentem impetus fa ctus eſt:quæ tum non modo occaſio:ſed etiam cauſa illius oppri mendi fuit . Nuper uero cum.M.Antonius ſummam ſpem ſalu tis bonis omnibus attuliſſet:grauiſſimamq; adoleſcens nobiliſſi mus.p.r.partem fortiſſime ſuſcepiſſet:atq; illa belluam iudicii laq̃ os declinantem iam irretitam teneret : qui locutus quod tempus illud dii immortales fuit.cum ſe ille fugiens in ſcalarum tenebris abdidiſſet:magnum Miloni fuit conficere illam peſtem nulla ſua inuidia.Antonii uero maxima gloria.qd comitiis in campo quo tiens poteſtas fuit : cum ille incœpta irruiſſet gladios diſtringen dos : lapides iacendos curauiſſet . Deinde ſubito uultu Milonis perterritus fugeret ad Tyberim . uos & omnes boni uota faceri tis ut Miloni uirtute ſua uti liberet . quem igitur cum omnium gratia uti noluit hunc uoluit cum aliquorum quærela? quem iu re:quem loco : quem tempore :quem impune non eſt auſus:hũc iniuria:iniquo loco : alieno tempore : periculo capitis non dubi tauit occidere ? præſertim iudices cum honoris ampliſſimi con tentio:& dies comitiorum ſubeſſet:quo quidé tempoř(ſcio enim

q̃ timida ſit ambitio quantaq; & q̃ ſollicita cupiditas conſulatus)
omnia nõ modo quæ reprehendi palã: ſed etiã obſcure quæ cogi
tari poſſunt timemus rumorẽ:fabulam fictã falſam ꝑhorreſcimus
ora omniũ atq; oculos intuemur . Nihil enim eſt tam molle tam
tenerũ aut fragile aut flexibile q̃ uoluntas erga nos:ſenſuſq; ciuiũ
qui non modo improbitati iraſcuntur candidatorũ:ſed etiã recte
factis ſæpe faſtidiũt . Hũc igitur diem campi ſperatum atq; exop
tatum ſibi proponens Milo cruentis manibus ſcelus & facinus p̄
ſe ferens & confitens ad illa auguſta centuriarũ auſpicia ueniebat
q̃ non credibile in hoc tam idem in Clodio nõ dubitandum qui
ſe interfecto Milone regnaturum putaret.quid quod caput auda
ciæ eſt: quis ignorat maximam illecebram eſſe peccãdi impunita
tis ſpem .In utro igitur hæc fuit in Milone qui etiam nunc reus
eſt facti aut præclari aut certe neceſſarii:An in Clodio: qui ita iu
dicia pænamq; contempſerat:ut eũ nihil delectaret quod aut per
naturã fas eſſet aut per leges liceret . Sed quid ego argumentor?
Quid plura diſputo?te .Q. Petilli appello optimũ & fortiſſimũ
ciuẽ: te.M. Cato teſtor quos mihi diuina quædã ſors dedit iudi
ces : uos ex.M.Fauonio audiſtis Clodiũ ſibi dixiſſe:& audiuiſtis
uiuo Clodio:periturum Milonem triduo poſt diem tertium ge
ſta res eſt quã dixerat:cum ille non dubitaret aperire quid faceret
quemadmodum igitur eum dies non fefellit:uidetis Dixi equidẽ
modo dictatorem Lauinii ſtata ſacrificia noſſe: negocii nihil erat
uidit neceſſe eſſe Miloni proficiſci Lauinium illo ip̃o quo eſt pro
fectus die . Itaq; anteuertit.at quo die ? quo ut ante dixi inſaniſſi
ma concio ab ipſius mercenario tribuno plebis concitata : quem
diem ille:quam concionem? quos clamores niſi ad cogitatum fa
cinus approperaret nunq̃ reliquiſſet :ergo illi ne cauſa quidem iti
neris etiam cauſa manendi Miloni nulla facultas exeundi nõ cau
ſa ſolũ :ſed etiam neceſſitas fuit. Quod ut ille ſciuit Milonem fo
re eo die in uia:ſic Clodium Milone ſuſpicari quidem potuit.Pri
mum quæro qui ſcire potuerit quod uos idem in Clodio quære
re non poteſtis . Vt enim neminem alium niſi Titum Patinam
familiariſſimum ſuum rogaret ſcir̄ potuit illo die Lauinii a dicta
tore Milonem prodi flaminem neceſſe eſſe.ſed erant permulti alii

ex quibus id facillime ſcire poſſet omnes.ſ. Lauinii Milo de Clo
dii reditu unde quæſiuit quæ ſerit ſane. Videte quid uobis largi
ar.ſeruū etiam atq; Arrius meus amicus dixit corruperit. Legite
teſtimonia teſtium ueſtrorū.dixit.C.Caſſinius cognomine ſcho
la interamnis familiaris meus:& idem comes Clodii:cuius iam ꝓ
dem teſtimonio Clodius eadem hora interamne fuerat & Romæ
Pu.Clodium illo die & albano mãſurum fuiſſe: ſed ſubito ei eſſe
nunciatum Cyrum architectum eſſe mortuū. Itaq; Romã repen
te conſtituiſſe proficiſci.dixit hoc comes idem.P.Clodii.C. Clo
dius. Videte iudices quantæ res his teſtimoniis ſunt confectæ.ꝓ
mum certe liberatur Milo non eo conſilio profectū eſſe:ut inſidi
aretur in uia Clodio:quippe ſi ille ei obuius futurus omnino nõ
erat. Deinde(non enim uideo cur nõ meū agam negociū)ſcitis q
in hac rogatõne ſuadenda dicerent Milonis manu cædẽ eſſe factã
conſilio uero maioris alicuius uidelicet me latronem ac ſiccarium
abiecti homines & perditi deſcribebant. Iacent his teſtibus hi q
Clodium negant eo die Romam niſi de Cyro auditum eſſet redi
turum.rſpirari liberatus ſum:non uereor ne quod ne ſuſpicari q
dem potuerim uidear id cogitaſſe. Nunc perſequar cætera. nam
occurrit illud ne Clodius quidẽ de inſidiis cogitauit:quoniã fuit
in Albano manſurus. ſi quidem exiturus ad cædem e uilla nõ fu
iſſet. Video enim illū qui dicitur de Cyri morte nunciaſſe: nam
quid de Cyro nunciarent:quã Clodius Romam perficiſcens reli
querat morientem una: fui teſtamẽtum ſimul obſignaui cū Clo
dio.teſtamentum autẽ palam fecerat:& illū heredem & me ſcripſe
rat:quem pridie hora tertia animam efflantem rliquiſſet:eū mor
tuum poſtridie hora decima ei nunciabatur? Age ſit ita factum
quæ cauſa? cur Romam properaret? cur in noctem ſe coniiceret?
quid afferebat feſtinatõnis? ꝙ heres erat? primū erat nihil cur pro
perato opus eſſet.deinde ſi quid eſſet:quid tandem erat:quod ea
nocte conſequi poſſet? amitteret autem ſi poſtridie mane Romã
ueniſſet? Atq; illi nocturnus ad urbem aduentus uitandus poti
us q̃ expetendus fuit: ſic Miloni cū inſidiator eſſet: ſi illū ad urbẽ
nocte acceſſurum ſciebat. ſubſiſtendum atq; expectandū fuit. ne
mo enim neganti nõ credidiſſet: quem eſſe omnes ſaluum etiam

confitentem uolunt. ſuſtinuiſſet hoc crimen primũ ipſe ille latro
num occultator & receptator locus. deniq; neq; muta ſolitudo in
dicaſſet:neq; cæca nox oſtendiſſet Milonem:deinde ubi multi ab
illo uiolati:ſpoliati bonis:expulſi:multi hoc etiam timentes in ſu
ſpitionem caderent:toto deniq; rea citaretur ætruria: atq; illo die
Aricia rediens diuertit Clodius ad Albanum : ꝙ niſi ſciret illum
Milo Ariciæ fuiſſe:ſuſpicari tamen debuit eum etiam ſi Romam
illo die reuerti uellet ad uillã ſuam quæ uiam tangeret diuerſurũ
cui neq; ante occurrit ne in uilla reſideret:nec eo in loco ſubſedit.
quo ille noctu uenturus eſſet .Video adhuc conſtare omnia iudi
ces:Miloni etiã utile fuiſſe Clodium uiuere. Illi ad ea quæ concu
pierat optatiſſimum interitum Milonis fuiſſe.odium illius ĩ hũc
acerbiſſimum:in illũ huius nullũ:conſuetudinem illius perpetuã
in ui inferenda:huius tantum in repellenda:mortem ab illo denũ
ciatam palã Miloni & prædicatam. Nihil unq̃ auditum ex Milo
ne:profectionis huius diem illi notũ: reditum illius huic ignotũ
fuiſſe:huius iter neceſſariũ:illius etiam potius alienum.hunc præ
ſe tuliſſe illo die Romã exiturum . Illũ eo die ſe diſſimulaſſe redi
turum .hunc nullius rei mutaſſe conſiliũ: illi cauſã mutandi con
ſilii fuiſſe. huic ſi inſidiaretur noctem prope urbem expectandã.
Illi etiã ſi hunc non timeret tamen acceſſum ad urbem nocturnũ
fuiſſe metuendũ. Videamus nunc id quod caput eſt:Locus ad in
ſidias ille ipſe ubi congreſſi ſunt utri tandem fuerit aptior . Id ue
ro iudices etiam dubitandũ & diutius cogitandum eſt.Ante fun
dum Clodii res quo in fundo ꝓpter inſanas illas ſubſtructiones
facile hominum mille uerſabatur ualentiũ aduerſari .Atqui excel
ſo loco ſuperiorem ſe fore putabat Milo:& ob eam rem cũ locum
ad pugnã potiſſimũ : an in eo loco potius expectandũ ab eo qui
illius loci ſpe facere impetũ cogitarat . Res loquitur iudices ipſa:
quæ ſemper ualet plurimũ: ſi hæc nõ geſta audiretis: ſed picta ui
deretis:tamen appareret uter eſſet inſidiator : uter nihil cogitaret
mali:cũ alter ueheretur in rheda penulatus:una ſederet uxor: qd
horum non impediſſimũ? ueſtitus? an uehiculum? an comes? qd
minus promptũ ad pugnam? cum penula irretitus rheda impedi
tus uxore pene cõſtrictus eſſet . Videte nũc illum primũ egedien

tem e uilla ſubito.quid?ueſperi:quid neceſſe eſt tarde qui conue nit:præſertim id temporis.diuertit in uillã Pompeii: Pompeium ut uideret?ſciebat in alſienſi eſſe uilla procul inde:ut uillã & ſi ibi non Pompeiũ perſpiceret milies in ea fuerat. Quid ergo erat mo ræ & tergiuerſationis.dũ hic uenerit:locũ relinquere noluit.Age nũc iter expediti latronis:cũ Milonis impedimentis cõparate ſem per:ille antea cum uxore:tum ſine ea:nunq̃ non in rheda:tum in equo.Comites græculi quocunq; ibat etiam cũ in caſtra hetruſca properabat:tum nugarum in comitatu nihil Milo qui nũq̃:tum caſu pueros ſymphoniacos uxoris ducebat & ancillarum greges: ille qui ſemper ſecum ſcorta: ſemper exoletos: ſemper lupas duce ret:tum neminem niſi uirum a uiro lectum eſſe diceres. cur igit̃ uictus eſt?Quia non ſemper uiator a latrone.non nũq̃ etiã latro a uiatore occiditur.quia q̃q̃ paratus in imparatos Clodius:tamẽ mulier inciderat in uiros nec uero ſic erat unquã non paratus Mi lo contra illum:ut non ſatis fere eſſet paratus ſemper ille & q̃tum intereſſet.P.Clodii ſe perire & quanto illi odio eſſet:& quantum ille auderet:cogitabat. Quamobrem uitã ſuam quam maximis præmiis propoſitã & pene addictam ſciebat: nunq̃ in periculum ſine præſidio & ſine cuſtodia prouehebatur. Adde caſus. Adde incertos exitus pugnarũ. Martemq; cõmunem:qui ſæpe ſpolian tem iam & exultantẽ euertit:& perculit ab abiecto.Adde inſcitiã pranſi poti oſcitantis ducis:qui cum a tergo hoſtem interclusum reliquiſſet: nihil de eius extremis comitibus cogitauit. In quos incenſos ira uitamq; domini deſperantes cum incidiſſet: hæſit in his pœnis:quas ab eo ſerui fideles pro domini uita expetiuerunt Cur igitur hos manumiſit? metuebat.ſ.ne indicaretur: ne dolo rem perferre non poſſent:ne tormentis cogerentur occiſum eſſe a ſeruis Milonis in Appia uia P.Clodium confiteri? Quid opus ẽ tortorẽ?Quid queritis?occiderit ne?occidit iure an iniuria? nihil ad tortorẽ:facti enim in eculeo quæſtio eſt:iuris in iudicio.quod igitur in cauſa quærendum eſt.id agamus. hoc quod tormentis inuenire uis id fatemur.manu uero cur miſerit.Si id quæris poti us q̃ cur parum amplis affecerit præmiis:neſcis inimici factum re prehendere.dixit enim hic idem: quid omnia ſemper conſtanter

& fortiter.M.Cato:dixitq; in turbulenta contione: quæ tamẽ hu
ius auctoritate placata eſt:non libertate ſolum:ſed etiam omibus
præmiis digniſſimos fuiſſe:qui domini caput defendiſſent.quod
enim præmium ſatis magnum eſt tam beniuolis:tam bonis:tam
fidelibus ſeruis propter quos uiuit : & ſi id quidem non tanti eſt
q̃ ꝙ propter eoſdem nõ ſanguine & uulneribus ſuis crudeliſſimi
inimici mentem oculoſq; ſatiauit:quos niſi manumiſiſſet tormen
tis etiam dedendi fuerunt conſeruatores domini: ultores ſceleris:
defenſores necis .hoc uero nihil habet in his malis: quod minus
moleſte ferat:q̃ etiam ſi quid ipſi accidat eſſe tam illis meritũ præ
mium perſolutum:ſed quæſtiones urgent Milonem: quæ ſũt ha
bite nunc in atrio libertatis:quibus nam de ſeruis?rogas.P. Clo
dii.quis eos poſtulauit?Appius.quis produxit?Appius.Vnde?
ab Appio :dii boni quid poteſt agi ſeuerius?de ſeruis nulla quæ
ſtio eſt in dominum:niſi de interitu ut fuit in Clodium. ꝓxime
deos acceſſit Clodius:quod priuſq̃ cum ad ipſos penetraret: eius
de morte tanq̃ de cerimoniis uiolatis quæritur. ſed tamẽ maiores
noſtri in dominum de ſeruo quæri noluerunt . Non quia non
poſſet uerum inueniri:ſed quia uidebant indignum eſſe & domi
ni morte ipſa triſtius . In reum de ſeruo accuſatoris cum quærit?
uerum inueniri poteſt?Age uero quæ erat aut qualis q̃ſtio. heus
ubi reſponſio?ubi cauſa?Clodius inſidias fecit Miloni fecit certa
ccux:nullas fecit:ſperata libertas quid hac quæſtione certius ſubi
to arrepti in quæſtionem tamen:ſeparantur a cæteris & in archas
coniciuntur :ne quis cum his colloqui poſſit hi centũ dies penes
arcuſatorem cũ fuiſſent:ab eo ipſo accuſatore ꝓducti ſunt. Quid
hac quæſtione dici poſſet integrius?quid incorruptius.Quod ſi
nondum ſatis cernitis:cũ res ipſa tot & tam claris argumentis ſig
niſq; luceat pura mente atq; integra Milonem nullo ſcelere imbu
tum:nullo metu perterritũ :nulla cõſcientia exanimatũ Romam
reuertiſſe. Recordamini per deos immortales quæ fuerit celeritas
reditus eius:qui ingreſſus in forum ardente curia: quæ magnitu
do animi?qui uultus?quæ oratio? Neq; uero ſe populo ſolũ:ſed
etiã ſenatui:neq; ſenatui modo : ſed etiam publicis præſidiis & ar
mis:neq; his tm̃:uerũetiã ei poteſtati cui ſenatus totã rempublicã

omnem Italiæ pubem cuncta populi romani arma commiſerat. qui nunquã ſe huic perfecto tradidiſſet:niſi cauſæ ſuæ confideret: præſertim omnia audienti:magna metuenti:multa ſuſpicanti:nõ nulla credenti. Magna uis eſt conſcientiæ iudices : & magna in utrãq; partem:ut neq; timeant qui nihil commiſerint: & pœnam ſemper ante oculos uerſari putent qui peccant.neq; uero ſine ratõ ne certa cauſa Milonis ſemper a ſenatu probata eſt . Videbant.n. ſapientiſſimi homines facti rationem:præſentiam animi:defenſio nis conſtantiam . An uero obliti eſtis iudices recenti illo nuncio necis clodianæ non modo inimicorum Milonis ſermones & opi niones. Sed nõnullorum imperitorum:negabant eum Romam eſſe rediturum .Siue enim illud animo irato ac perdito feciſſet:ut incenſus odio trucidaret inimicum arbitrabantur eum tanti mor tem.P.Clodii putaſſe ut æquo animo patria careret cum ſanguĩe inimici expleſſet odium ſuum ſiue etiam illius morte patriam li berare uoluiſſet:non dubitaturum fortem uirum: quin cum ſuo periculo ſalutẽ populo romano attuliſſet . Cederet æquo animo legibus ſecum auferret gloriam ſempiternam:nobis hæc fruenda relinqueret:quæ ipſe ſeruaſſet .Multi etiam Catilinã atq; illa por tenta loquebantur:erumpet: occupabit aliquem locum: bellũ pa triæ faciet:miſeros interdum ciues optime de republica meritos: in quibus homines non modo res præclariſſimas obliuiſcuntur: ſed etiam nefarias ſuſpicantur.ergo illa falſa fuerunt:quæ certe ue ra extitiſſent ſi Milo admiſiſſet aliquid:quod non poſſet honeſte uereq; defendere. Quid q̃ poſtea ſunt in eum congeſta:quæ q̃uis etiam mediocrium delectorum conſcientiam perculiſſent:ut ſuſti nuit dii immortales .ſuſtinuit ymmo uero ut contempſit: ac pro nihilo putauit:quæ neq; maximo animo nocens nec innocens ni ſi fortiſſimus uir negligere potuiſſet:ſcutorum:gladiorum:freno rum:pilorumq; etiam multitudo deprehendi poſſe iudicabatur: nullum in urbe uicum:nullum angiportum eſſe dicebant: ĩ quo Miloni non eſſet conducta domus: arma in uillam otriculanam deuecta Tyberi : domus in cliuo capitolino ſcutis referta: plena omnia malleolorum ad urbis incendia comparatorum.Hæc non delata ſolum:ſed pene credita:nec ante repudiata ſunt q̃ quæſita:

laudabam equidem incredibilem diligentiam Cn.Pom. ſed dico
ut ſentio iudices nimis multa audire coguntur : neq; aliter facere
poſſunt hii quibus tota cõmiſſa eſt reſpublica:quin etiam audien
dus ſit Popa licinius: neſcio quid de Sireo maximo ſeruos Milo
nis apud ſe ebrios factos:ſibi confeſſos eſſe de interficiendo Pom
peio coniuraſſe:deinde ſe poſtea gladio percuſſum eſſe ab uno de
ills ne indicaret.Pompeio in hortos nunciauit Areſſor. In ꝑmis
de amicorum ſententia: rem defert ad ſe natum: nõ poteram in il
lius mei patriæq; cuſtodis tanta ſuſpitione non metu examinari.
Sed mirabar tamen credi Popæ .confeſſionem ſeruorum audire
uulnus in latere quod acu punctum uideretur pro ictu gladiato
toris putari. Verumetiam ut intelligo cauebat magis Pompeius
q̃ timebat non ea ſolum quæ timenda erant ſed omnia ne aliquid
uos timeretis.Oppugnata domus.C.Cæſaris clariſſimi & fortiſſi
mi uiri per multas noctis horas nunciabatur. Nemo audierat tã
celebri loco :nemo ſenſerat:tamẽ audiebatur:Non poteram. Cn.
Pom.præſtantiſſima uirtute uirum timidum ſuſpicari: diligẽtiã
tota republica ſuſcepta nimiam nullam putabam .Frequẽtiſſimo
ſenatu nuper in capitolio ſenator inuẽtus eſt qui Milonem cum
telo eſſe diceret. Nudauit ſe in ſanctiſſimo templo: quoniã uita
talis & ciuis & uiri fidem nõ faciebat: niſi eo tacẽte res ipſa loque
retur.omnia falſa atq; inſidioſe ficta comperta ſunt.Cur tamen ſi
metuitur etiam nunc Milo non tam hoc quotidianum crimen ti
memus?ſed tuas Cn.Pom. (te enim iã appello ea uoce ut me au
dire poſſis)tuas inquã ſuſpitiones perhorreſcimus. Si Milonem
times. Si hunc de tua uita nefarie aut nunc cogitare:aut molitũ
aliquando aliquid putas. Si Italiæ delectus(ut nõnulli cõquiſito
res tui dictitant).Si hæc arma :ſi capitolinæ cohortes:ſi excubiæ:
ſi uigilie:ſi delecta iuuentus: quæ tuum corpus domumq; cuſto
dit:contra Milonis impetum armata eſt: atq; illa omnia in hunc
unum inſtituta parata intenta ſunt .Magna in hoc certe uis & in
credibilis animus & nõ unius uiri uires atq; opes indicant, ſiqui
dem in hũc unum & præſtantiſſimus dux electus & tota reſpubli
ca armata ẽ. Sed quis nõ intelligit omnes tibi R.P.partes ægras
& labantes:ut eas his armis ſanares & cõfirmares eſſe cõmiſſas?

quod ſi Miloni locus datus eſſet:probaſſet profecto tibiipſi nemi nem unq̃ hominem homini cariorē fuiſſe q̃ te ſibi : nullū ſe unq̃ periculum pro tua dignitate fugiſſe . Cūq; illa teterrima peſte ſæ piſſime pro tua gloria contendiſſe: tribunatum ſuum ad ſalutem meam:quæ tibi cariſſima fuiſſet conſiliis tuis gubernatum : ſed a te poſtea defenſum in periculo capitis adiutum ī petitione prætu ræ:duos ſe habere ſemper amiciſſimos ſperarē:te tuo beneficio:me ſuo:quæ ſi non probaret :ſi tibi ita penitus inſediſſet iſta ſuſpitio nullo ut euelli modo poſſet . ſi deniq; Italia a delectu: urbs ab ar mis ſine Milonis clade nunq̃ eſſet conquietura . Ne ille haud du bitans ceſſiſſet patria is qui ita natus eſt & ita cōſueuit. te magno pere tamen atteſtetur :quod nunc etiam facit . Vide q̃ ſit uaria ui tæ commutabiliſq; ratio . q̃ uaga uolubiliſque fortuna : quantæ infidelitates in amicis:q̃ ad tempus aptæ ſimulationes:quante in periculis fugæ proximorum:quantæ timiditates. erit illud profe cto tempus:& illuceſcet aliquando ille dies cum tu ſalutaribus ut ſpero rebus tuis:ſed fortaſſe motu aliquo cōmunium temporum qui quā crebro accidat experti debemus ſcire : & amiciſſimi beni uolentiam amiciciam:& grauiſſimi hominis fidem:& unius poſt homines natos fortiſſimi uiri magnitudinē animi deſideres . q̃q̃ quis hoc credat .Cn.Pom. iuris publici moris maiorū rei deniq; pub.peritiſſimum:cum ſenatus ei commiſerit ut uideret ne quid reſpublica detrimenti caperet:quo uno uerſiculo ſatis armati ſem per conſules fuerunt etiam nullis armis datis hunc exercitu : hūc delectu dato iudicium expectaturum fuiſſe in eius cōſiliis uindi candis :qui uł iudicia ipſa tolleret:ſatis iudicatum eſt a Pompeio ſatis falſo conferri in Milonem qui legem tulit:qua ut ego ſentio Milonem abſolui oporteret:ut etiam omnes confitentur liceret. Quod uero in illo atq; in illis publicorum præſidiorū copiis cir cumfuſus ſedet :ſatis declarat ſe non terrorē inferre uobis . Quid enim illo minus dignū q̃ cogere ut uos eū condemnetis in quem animaduertere ipē & more maiorū & ſuo iure poſſet:ſed præſidio eſſe ut intelligatis contra externam concionem illam licere uobis quod ſentiatis libere iudicare .nec uero me iudices clodianum cri men mouet:nec tam ſum demēs tamq; ueſtri ſenſus ignarus atq;

expers:ut neſciam quid de morte Clodii ſentiatis:de qua ſi nollē ita diluere crimen ut dilui:tamen impune Miloni palam clamare ac mentiri glorioſē liceret.occidi:occidi non Spurium Meliū qui annona leuanda iacturiſq; rei familiaris: quia nimis amplecti ple bem putabatur in ſuſpitionem incidit regni appetendi: nō Tibe rium Gracchum : qui collegæ magiſtratum per ſeditionem abro gauit :quorum interfectores implerūt orbem terrarum nominis ſui gloria:ſed eum(auderet enim dicer̄ cum patriam periculo ſuo liberaſſet) cuius nefandum adulterium in puluinaribus ſanctiſſi mis nobiliſſimæ fæminæ comprehenderūt : eum cuius ſupplicio ſenatus ſolemnes religiones expiandas ſæpe cenſuit : eum quem cum ſorore germana nefarium ſtuprū feciſſe .L.Lucullus iuratus ſe quæſtionibus habitis dixit comperiſſe : eum quem ciuem:quē ſenatus:quem populus: quem omnes gentes urbis ac uitæ ciuiū conſeruatorem iudicabant.ſeruorum armis exterminauit:eum q regna dedit:ademit orbem terrarum quibus cum uoluit partitus eſt:eum qui pluribus cædibus in foro factis ſingulari uirtute & gloria ciuem domū ui & armis expulit : eum cui nihil nefas unq̄ fuit nec in facinore nec ī libidine:eum qui ædem nympharum in cendit:ut memoriam publicā recenſionis tabulis publicis impſſā extingueret :eum deniq; cui iam nulla lex erat:nullum ciuile ius nulli poſſeſſionum termini qui non calumnia litium:nō iniuſtis uindictis ac ſacramentis alienos fundos: ſed caſtis exercitu ſignis inferendis petebat:qui non ſolum ætruſcos (eos enim penitus cō tempſerat)ſed hunc Cn.Pom.uirum fortiſſimum atq; optimum ciuem iudicem noſtrū pellere poſſeſſionibus armis caſtriſq; cona tus eſt : qui cum architectis & decempedis uillas multorum hor toſq; peragrabat:qui ianiculo & alpibus ſpem poſſeſſionū termīa bat ſuarum:qui cū ab equite Ro.ſplendidiſſimo & forti Tito Pa canio non impetraſſet:ut inſulam in lacu precio uenderet:repente lintribus in eam inſulam materiam calcem cementa atq; arma cō uexit:domino trans ripam ſpectante non dubitauit ædificium ex ſtruere in alieno :qui huic Ti. Furſanio cui uiro dii immortales. quid enim de muliercula Sanctia. quid de adoleſcente Apodoni co:quorū utriq; morté eſt minitatus : niſi ſibi ortorū poſſeſſione

ceſſiſſet.ſed auſus eſt Furfanio dicere ſi ſibi pecuniam quãtã poſſi debat non dediſſet ſe mortem in domum eius eſſe illaturum:qua inuidia huic eſſet tali uiro conflagrandum :qui Appium fratrem hominem mihi coniunctũ fidiſſima gratia abſentem de poſſeſſio ne fundi deiecit:qui parietem ſic per ueſtibulum ſororis inſtituit ducerẽ ſic agere fundamenta:ut ſororem non modo ueſtibulo pri uaret: ſed omni aditu & lumine :quanq̃ hæc quidem iam tollera bilia uidebantur : & ſi æqualiter in rempublicam in priuatos : in longinquos:in ꝓpinquos:in alienos:in ſuos irruebat.Sed neſcio quo modo iam uſu obduruerat & percalluerat ciuitatis incredibi lis patientia quæ uero aderant iam & impendebant quo nam mo do ea aut depellere potuiſſetis:aut ferre impetũ ſi ille nactus eſſet Omitto ſotios:exteras nationes:reges tetrarchas. Vota enim fece ratis ut in eos ſe potius mitteret q̃ in ueſtras poſſeſſiones : ueſtra tecta:ueſtras pecunias.dico a liberis mediuſfidius & a cõiugibus ueſtris nunq̃ ille effrenatas ſuas libidines cohibuiſſet . Fingi hæc putatis:quæ patent:quæ nota omnibus:quæ tenentur ſeruornm exercitus illũ in urbe conſcripturũ fuiſſe per quos totam rempu. reſq; priuatas omnium poſſideret.Quãobrem ſi cruentum gladi um tenẽs clamaret Ti.Annius. adeſte quæſo atq; audite ciues P. Clodium interfici:eius furores quos nullis iam legibus nullis iu diciis frenare poteramus : hoc ferro & hac dextera a ceruicibus re puli:per me unũ ut ius:æquitas:leges:libertas:pudor:pudicicia ĩ ciuitate manarent . Enimuero timendũ quonã modo id factũ fer ret ciuitas:nũc enĩ qs eſt qui nõ ꝓbet: qui nõ laudet:qui nõ unã poſt hominũ memoriam Ti.Annium plurimum reipu. ꝓfuiſſe maxima læticia Po.Ro.cũctam Italiam:nationes omnes affeciſſe & dicat & ſentiat . Neq̃ illa uetera po.ro.gaudia quanta fuerint iudicare. multas tamẽ iam ſummorum imperatorum clariſſimas uictorias ætas noſtra uidit : quarum nulla neq; tam diuturnã at tulit læticiam nec tantam .Mandate hoc memoriæ iudices :ſpero multa uos liberoſq; ĩ republica bona eſſe uiſuros: In his ſingulis ita ſemper exiſtimabitis :uiuo.P.Clodio nõ contingere potuiſſe arbitramini .Quid ea quæ tenetis priuata atq; ueſtra dominante homine furioſo:quod ius ꝑpetuæ poſſeſſionis habere potuiſſent

non timeo iudices ne odio inimiciciarum mearum inflammatus libentius hæc in illum euomere uidear q̃ uerius. Etenim & ſi præcipuum eſſe debebat: tamen ita communis erat omniũ ille hoſtis ut in communi odio pene æqualiter uerſaretur odium meũ. Nõ poteſt dici ſatis: ne cogitari quidem quantum in illo ſceleris: quã tum exitii fuerit: quin ſic attẽdite iudices: nempe hæc eſt quæſtio de interitu. P. Clodii. fingite animis. liberæ enim ſunt cogitationes ueſtræ: & quæ uolunt ſic intuentur: ut ea cernimus quæ uidemus. Fingite igitur cogitatione imaginẽ huius conditionis meæ ſi poſſim efficerẽ: ut Milonem abſoluatis: ſed ita. P. Clodius reuixerit. quid uultu extimuiſtis? quonam modo ille uos uiuus effecerat: qui mortuus inani cogitatione percuſſit. quid ſi ipſe Cn. Põ. qui ea uirtute ac fortuna ẽ: ut ea potuerit ſemper quæ nemo præter illum ſi his inquam potuiſſet: ut quæſtionẽ de morte. P. Clodii ferre: ſic ipſum ab inferis reuocare: propter rempublicam non feciſſet. Eius igitur mortis ſedetis ultores: cuius uitam ſi putetis per uos reſtitui poſſe nolitis? & de eius nece lata quæſtio eſt. qui ſi eadem lege reuiuiſcere poſſet lata lex nunquã eſſet. Huius igit̃ interfector non eſſet in confitendo ab his impetraturus ne pœnã timeret quos liberauiſſet? Græci homĩes deorum honores tribuunt his uiris: qui tyrannos necauerunt: quæ ego uidi Athenis q̃ in aliis urbibus græciæ: quas res diuinas tabulis inſtitutas uiris quos cantus: quæ carmina prope ad immortalem & religionem & ad memoriam conſectantur? Vos tanti conſeruatorem populi tanti ſceleris ultorem: nõ modo honoribus nullis afficietis ſed ad ſupplicium rapi patiemini? Confiteretur: confiteretur inquam ſi feciſſet & magno animo & libẽter ſe feciſſe libertatis omnium cauſa: quod certe ei non confitendum modo: uerumetiam prædicandum. Etenim ſi id non negat: ex quo nihil petit: niſi ut cognoſcatur: dubitaret id fateri ex quo etiam præmia laudis eſſent petẽda: Niſi uero gratius putat eſſe uobis ſui ſe capitis q̃ ueſtri ordinis defenſorem fuiſſe: cum præſertim in ea confeſſione ſi grati eſſe uelletis: honores aſſequeret̃ ampliſſimos: ſi factum uobis non probaretur: q̃q̃ qui poterat ſalus ſua cuiq̃ ut probari? ſed tamẽ ſi minus fortiſſimi uiri ciuibus uirtus grata cecidiſſet: magno animo

conſtanticꝗ ſcederet ex ingrata ciuitate. Nam quid eſſet ingratius q̃ lætari cæteros: lugere eũ ſolum ꝓpter quẽ cæteri lætarẽtur. q̃q̃ hoc animo omnes ſemper fuimus in patriæ proditoribus oppri mendis: ut quoniam noſtra futura eſſet gloria: periculum quoq̃ & inuidiam noſtram eſſe putaremus. Nam quæ mihi contribuẽ da laus eſſet ipſi: cũ tantũ conſulatu in eo pro uobis ac liberis ue ſtris auſus eſſem ſi id quod conabar ſine maximis dimicatioĩbus meis me eſſe auſurum arbitrarer. quæ mulier ſceleratum ac perni cioſum ciuem occidere non auderet: ſi periculum nõ timeret: pro poſita inuidia morte pœna qui nihilo ſegnius rempublicam deſẽ derit. Is uere putandus eſt. Populi grati eſt præmiis afficere meri tos bene de republica ciues. Viri fortis ne ſuppliciis quidem mo ueri: ut fortiter feciſſe pœniteat. Quamobrem uteretur eadem cõ feſſione Annius: qua Hala: qua Naſſica: qua Opimius: qua Mari us: qua noſmetipſi & ſi grata reſpublica eſſet lætaretur. ſi ingrata tamen in graui fortuna conſcientia ſua niteretur. ſed huius bene ficii gratiam iudices fortuna po. ro. & ueſtra felicitas et dii immor tales ſibi deberi putant. Nec uero quiſq̃ aliter arbitrari poteſt: ni ſi qui nullam maieſtatem eſſe putat numenue diuinum: quẽ neq̃ imperii ueſtri magnitudo: nec ſol ille neq̃ cæli nec ſignorum mo tus: nec uiciſſitudines rerum atq̃ ordines mouent. neq̃ id quod maximum eſt maiorum ſapientia qui ſacra: qui cerimonias: qui auſpicia & ipſi ſanctiſſime coluerunt: & nobis ſuis poſteris prodi derunt. & eſt profecto illa uis neque in his corporibus: atq̃ ĩ hac imbecillitate noſtra ideſt quiddam quod uigeat & ſentiat. & non ineſt in hoc tanto naturæ tam præclaro motu: niſi forte idcirco non putant quia non apparet: nec cernitur: perinde quaſi noſtrã ipſam mentem qua ſapimus: qua prouidemus: qua hæc ipſa agi mus ac dicimus. Videte aut plane qualis: aut ubi ſit ſentire poſſi mus. ea uis: ea eſt igitᷣ quæ ſæpe incredibiles urbi huic felicitates atq̃ opes attulit: quæ illã pernitiem extinxit ac ſuſtulit cui ꝓmũ mentem iniecit: ut ui irritare ferroq̃ laceſſere fortiſſimum uirum auderet: uinceretur q̃ ab eo: quem ſi uiciſſet: habiturus eſſet impu nitatẽ & licentiã ſempiternã. Non eſt humano conſilio ne medio cri quidem iudices deorum immortalium cura res illa perfecta.

Religiones me hercule ipſæq; aræ cum illam belluam cader̃ uide runt:commouiſſe ſe uiderunt & ius ſuum in illo retinuiſſe. Vos autem albani tumuli atq; luci: uos inquã imploro atq; obteſtor. Voſq; albanorum obrutæ aræ ſacrorum po.ro.ſotiæ & æquales: quas ille præceps amentia cæſis proſtratiſq; ſanctiſſimis lucis ſub ſtructionum inſanis molibus oppreſſerat. Veſtræ tamen aræ:ue ſtræ religiones uiguerunt:ueſtra uis ualuit: quam ille omni ſcele re polluerat. Tuq; ex tuo edito monte latialis ſancte Iuppiter cu ius ille lacus nemora fineſque ſæpe omni nefario ſtupro & funere macularat:aliquando ad eum puniendum oculos aperuiſti. Vo bis ille uobis ueſtro in conſpectu feræ:ſed iuſtæ tamen & debitæ pœne ſolute ſunt niſi forte hoc etiam caſu factum eſſe dicemus ut ante ipſum ſacrarium bonæ deæ:quod eſt ĩ fundo Ti. Sexti Cal li in primis honeſti & ornati adoleſcentis ante ipſam inquam bo nam deam cum prælium cõmiſiſſet primum illud uulnus accepit quo teterrimam mortem obiret:ut non abſolutus iudicio illo ne fario uideretur:ſed ad hanc inſignem pœnam reſeruatus. Nec ue ro non eadem ira deorum hanc eius ſatellitibus iniecit amentiam ut ſine imaginibus ſine cantu ac ludis: ſine exequiis: ſine lamen tis:ſine laudationibus oblitus cruore & luto: ſpoliatus illius ſup̃ mi diei celebritate:quam concedere etiam inimici ſolẽt amburere tur etiam abiectus. Non fuiſſe credo fas clariſſimorum uirorum formas illi teterrimo patricidæ aliquid afferre: neq; ullo in loco potius mortem eius lacerari:q̃ ĩ quo uita eius eſſet damnata. Du ra mihi mediuſſidius iam fortuna po.ro.& crudelis uidebatur q̃ tot annos illum in hanc rempub.inſultare pateret̃. Polluerat ſtu pro ſãctiſſimas religiones:ſenatus grauiſſima decreta perfregerat pecunia ſe iudicibus palã redemerat:Vexarat in tribunatu ſenatũ omniũ ordinũ conſenſu ꝓ ſalute reipu.geſta deriſerat: me patria expulerat:bona diripuerat:domũ incenderat:liberos:coniugẽ me am uexauerat.Cn.Pom.nefarium bellum indixerat:magiſtratuũ priuatorũq; cædes effecerat:domũ mei fratris incenderat:uaſtarat ætruriã:multos ſedibus ac fortunis eiecerat:ĩſtabat:urgebat cape re eius amẽtiã ciuitas Italia ꝓuintie regna nõ poterãt.Incidebant̃ iã domi leges: quæ nos noſtris ſeruis adicerent nihil erat cuiuſq̃

quod quidem ille adamaſſet: quod nõ hoc anno ſuum fore puta ret:obſtabat eius cogitatõnibus nemo præter illum Miloné ipm qui poterat obſtare Cn.Pom.nouo reditu in gratiam quaſi deui ctum arbitrabatur Cæſaris potentiam ſuam potentiam eſſe dice bat:bonorum animos in meo caſu cõtempſerat:Milo unus urge bat;hic dii immortales ut ſupra dixi. métem dederũt illi perdito ac furioſo ut huic faceret inſidias:aliter perire peſtis illa non pote rat. Nunq̃ illum reſpublica ſuo iure eſſet ulta. ſenatus credo præ torem illum circumſcripſiſſet:ne tum ſolebat id quidem facere in priuato eodem:hoc aliquid perfecerat:an cõſules in prætorem co ercendo fortes fuiſſent? Primum Milone occiſo habuiſſet ſuo cõ ſules.deinde quis in eo prætore cõſul fortis eſſet: per quem tribu nũ uirum conſularem crudeliſſime necatum eſſe meminiſſet: om nia poſſideret:teneret lege noua: quæ eſt inuenta apud eum cum reliquis legibus clodianis.ſeruos noſtros liberos ſuos feciſſet.Po ſtremo niſi eum dii immortales in eam menté impuliſſent: ut ho mo effœminatus fortiſſimũ uirum conaretur occidere:hodie rem publicam nullam haberetis.at ille prætor. Ille uero conſularis:ſi modo hæc templa atq; mœnia ſtare eo uiuo tam diu: & cõſulatũ eius expectare potuiſſent:ille deniq; uiuus mali nihil feciſſet :qui mortuus uno ex ſuis ſatellitibus Sexto Clodio duce curiam incé derit :quo quid miſerius? quid acerbius? quid luctuoſius? Vidi mus templum ſanctitatis :amplitudinis: mentis conſilii publici: caput urbis:aram ſotiorum:portum omniũ gentiũ:ſedem ab uni uerſo populo cõceſſam uni ordini inflammari:excindi:funeſtari: neque id fieri a multitudine imperita :q̃q̃ eſſet miſerum idipſum ſed ab uno qui cum tantum auſus ſit ultor pro mortuo.quid ſig nifer pro uiuo non eſſet auſus? in curiam potiſſimũ abiecit :ut eã mortuus incéderet:quã uiuus euerterat:& ſunt qui de uia Appia quærantur: taceant de curia. & quando ab eo ſpirante forũ potu iſſet defendi cuius cadaueri non reſtituerit curia ? Excitate excita te ipſũ ſi poteſtis a mortuis:frangetis impetũ uiui cuius uix ſuſti netis furiã inſepulti : niſi uero ſuſtinuiſtis eos q cũ facibus ad cu riã cucurrerũt cũ falcibus ac raſtris:cũ gladiis toto foro uolitarũt cædi uidiſtis po.ro.cõtioné gladiis diſturbari cũ audiret ſilentio

M.Cælius tribunus plebis: qui orabat de hac re uir fortiſſimus:
& in ſuſcepta cauſa firmiſſimus:& bonorum uoluntati & auctori
tati ſenatus deditus : & in hac Milonis cauſa ſiue inuidia ſiue for
tuna ſingulari diuina & incredibili fide. Sed iā ſatis multa de cau
ſa & extra cauſam etiam nimis fortaſſe multa . quid reſtat niſi ut
orem obſterque uos iudices ut etiam miſericordiam tribuatis for
tiſſimo uiro quam ipſe non implorat:ego etiam repugnante hoc
imploro & expoſco. Nolite ſi in noſtro omnium fletu nullam la
chrymam aſpexiſtis Milonis: ſi uultum ſemper eundem : ſi uocē
ſi orationem ſtabilem ac non mutatam uidetis hoc minus ei par
cere . Atque haud ſcio an multo ſit etiam adiuuandus magis ete
nim ſi in gladiatoriis pugnis & infimi generis hominum conditi
one atque fortuna timidos & ſupplices:& ut uiuere liceat obſecrā
tes etiam odiſſe ſolemus fortes & animoſos & ſe acriter ipſi morti
offerentes ſeruare cupimus :eorumque nos magis miſeret qui no
ſtram miſericordiam non requirunt:q̄ qui illam efflagitant :quā
to hæc magis in fortiſſimis ciuibus facere debemus? Me quidem
iudices exanimant & interimunt hæ uoces Milonis quas audio
aſſidue :& quibus interſum quotidie . Valeant inquit:ualeant ci
ues mei:ſint incolumes:ſint florētes:ſint beati. ſtet hæc urbs præ
clara mihiq; patria cariſſima.quoquo modo merita de me erit trā
quilla reſpu.ciues mei quoniam mihi cum illis non licet: ſine me
ipſi:ſed per me tamen perfruantur : ego cedam atq; abibo ſi mihi
reipublice bona frui non licuerit .At carebo mala & q̄primum te
tigero bene moratam & liberam ciuitatem in ea conquieſcam .O
fruſtra inquit ſuſcepti mei labores.O ſpes fallaces:O cogitatōnes
inanes meæ:ego cum tri.ple.repu.oppreſſa me ſenatui dediſſem:
quem extinctum acceperam:equitibus ro. quorum uires erāt de
biles :bonis uiris qui omnem auctoritatē clodianis armis abiece
rāt mihi unq̄ bonorū præſidiū defuturū putarē? Ego cū te(mecū
enim ſæpiſſime loquit̄)patriæ reddidiſſem:mihi nō futurū in pa
tria putarem locū?Vbi nūc ſenatus eſt:quē ſecuti ſumus? ubi eq
tes ro.illi:illi inquit illi tui ?Vbi ſtudia municipiorum? Vbi Ita
liæ uoces?Vbi deniq; tua Marce Tulli quæ plurimis fuit auxilio
uox & defēſio.mihi ne ea ſoli :qui pro te totiens morti me obtuli

nihil poteſt opitulari ? Nec uero hæc iudices ut ego nunc flens ſed hoc eodem loquitur uultu quo uidetis . negat enim ſe negat ingratis ciuibus feciſſe:quæ feciſſet timidis & omnia circumſpiciẽ tibus pericula:non negat plebem & infimam multitudinem quæ P.Clodio duce fortunis ueſtris imminebat: eam quo tutior eſſet ueſtra uita ſe feciſſe commemorat: ut non modo uirtute flecteret ſed etiam tribus ſuis patrimoniis deliniret. nec timet ne cum ple bem muneribus placarit:uos non conciliarit meritis in rempubli cam ſingularibus .Senatus erga ſe beniuolẽtiam temporibus his ipſis ſæpe eſſe perſpectam . Veſtras uero & ueſtrorum ordinum occurſationes:ſtudia:ſermones(quemcunq; curſum fortuna dede rit) ſecum ablaturum eſſe dicit.Meminit etiam ſibi uocem præto conis modo defuiſſe:quam minime deſiderat.populi uero cũctis ſuffragiis quod maxime concupierit ſe conſulem declaratũ . Nũc deniq; ſi hæc contra ſe futura ſint:ſibi facinoris ſuſpitionem non facti crimen obſtare .Addit hæc quæ certe uera ſunt fortes & ſapi entes uiros non tam præmia ſequi ſolere recte factorum:q̃ ipſa re cte facta ſe nihil in uita niſi præclariſſime feciſſe . ſi quidem nihil ſit præſtabilius uiro q̃ periculis patriam liberar̃. beatos eſſe q̄bus ea res honori fuerit a ſuis ciuibus.nec tamẽ eos miſeros qui bene ficio ciues ſuos uicerint : Sed tamen ex omibus præmiis uirtutis ſi eſſet habenda ratio præmiorum ampliſſimũ eſſe præmium glo riam eſſe hanc unã:quæ breuitatem uitæ:poſteritatis memoria cõ ſularet̃: quæ efficeret :ut abſentes adeſſemus. mortui uiueremus Hanc denique eſſe cuius gradibus etiam homines in cælum uide antur aſcendere. De me inquit ſemper populus Romanus ſemp̄ omnes gentes loquentur:nulla unquam obmuteſcet uetuſtas q̄n hoc tempore ipſo cum omnes a ſuis inimicis faces inuidiæ meæ ſubiciantur :tamen in omnium hominum cœtu gratiis agendis & gratulationibus habendis : & omnium ſermone celebremur . Omitto hetruriæ feſtos & actos & inſtitutos dies.Centeſima lux ẽ hæc ab ĩteritu.P.Clodii:& opinor altera qua fines impii po.ro. ſunt nõ ſolũ fama:iã de illo:ſed etiã lætícia peragrauit . Quãobrẽ ubi corpus hoc ſit nõ inq̄t laboro: q̃m omnibus in terris etiã uer ſat̃: & ſemp̄ habitabit nominis mei gloria:hæc tu mecũ ſæpe his

abſentibus :ſed hiſdem audientibus .hæc ego tecum Milo:teque cum iſto animo es ſatis laudare non poſſum . ſed quo eſt illa ma gis diuina uirtus: eo maiore a te dolore diuellor . Nec uero ſi mi hi eriperis reliqua eſt ulla tamen ad conſolandum quærela:ut his iraſci poſſim a quibus tantum uulnus accepero . Nõ enim inimi ci mei te mihi eripient : ſed amiciſſimi:nõ male aliquando de me meriti ſed optime.Nullum unq̃ iudices mihi tantum dolorẽ inu retis .& ſi quis poteſt eſſe tantus. ſed nec hunc quidem ipſum ut obliuiſcar quanti me ſemper feceritis : quæ ſi uos ceperit obliuio aut ſi in me aliquid offendiſtis : cur id non meo capite luitur p̄ clare q̃ Milonis . enim uixero ſi quid mihi acciderit :priuſquam hoc mali tantum uideo . Nunc me una conſolatio ſuſtentat : ꝙ tibi .O.Tite Anni nullum a me amoris :nullum ſtudii:nullum pietatis officium defuit . ego inimicicias potentum pro te appeti ui :ego meum ſæpe corpus & uitam obieci armis inimicorum tu orum : ego me plurimis pro te ſupplicem abieci: bona: fortunas meas ac liberorum meorum in communionem tuorum tempoꝝ contuli .hoc denique ipſo die ſi qua uis eſt parata : ſi qua dimica tio :depoſco . Quid enim iam reſtat? quid habeo? quid dicam? quid faciam pro tuis in me meritis : niſi ut eam fortunam : quæ cunq; erit tuam ducam meam ? Non recuſo non abicio . Voſq; obſecro iudices ut ueſtra beneficia :quæ in me contuliſtis :aut in huius ſalute augeatis : aut in eiuſdem exitio occaſura eſſet iubea tis. his lachrymis non mouetur Milo .eſt quodam incredibili ro bore animi . Exilium ibi eſſe putat : ubi uirtuti nõ ſit locus.mor tem uero finem eſſe nõ pœnam . ſed hic ea mente ornatus eſt. qd uos iudices: quo tandem animo eritis ? memoriam Milonis reti nebitis ? ipſum eicietis ? & erit dignior locus in terris.ullus: qui hanc uirtutem accipiat:quã hic qui procreauit ? Vos appello for tiſſimi uiri:qui multũ pro Repu.ſanguinẽ effudiſtis:Vos in uiri & in ciuis inuicti appello periculo centuriones : uoſq; milites uo bis non modo ſpectãtibus:ſed etiam armatis:& huic iudicio præ ſidentibus hæc tanta uirtus ex hac urbe expelletur:exterminabit? eicietur ?O me miſerum . O me infelicẽ.reuocare tu me in patriã Milo potuiſti per hos:ego te in patria p eoſdẽ retinere nõ potero

quid reſpondebo liberis meis: qui te parentem alterum putant? quid tibi. Q. frater: qui nunc habes conſorti mecum temporum illorum me non potuiſſe ſalutem Milonis tueri per eoſdem: per quos noſtram ille ſeruaſſet? At in qua cauſa non potuiſſe? quæ ē grata gentibus. non potuiſſe his qui maxime. P. Clodii morte acquierunt. quo deprecante? me. quodnam concepi tātum ſcelus aut quod in me tātum facinus admiſi iudices: cum illa iudicia cō munis exitii indagaui: pateſeci protuli: extinxi: omnes in me me oſq; redundant eo illo fonte dolores. quid me reducem eſſe uolu iſtis? an ut inſpectante me hi expellerentur: per quos eſſem reſti tutus? Nolite obſecro uos pati mihi acerbiorem reditum eſſe q̃ fuerit ille ipſe diſceſſus. Nam qui poſſum putare me reſtitutum eſſe: ſi diſtrahor ab his per quos reſtitutus ſum? Vtinam dii im mortales feciſſent (pace tua patria dixerim) metuo enim ne ſcelera te dicam ī te quod pro Milone dicam pie. Vt. P. Clodii non mo do uiueret: ſed etiam pro conſule dictator eſſet: anteq̃ hoc ſpecta culum uiderem. O dii immortales fortem & a uobis iudices con ſeruandum uirū: minime inquit: ymmo uero pœnas ille debitas luerit. Nos ſubeamus ſi ita neceſſe eſt: non debitas: hiccine uir pa triæ natus uſq̃ niſi in patria morietur? aut ſi forte pro patria hu ius uos animi monumenta retinebitis. corporis in Italia ullum ſepulchrum eſſe patiemini. Hunc ſua quiſq; ſententia ex hac urbe expellet? quem omnes urbes expulſum a uobis ad ſe uocabunt. O terram illam beatam: quæ hunc uirum exceperit. hanc ingratā ſi eiecerit: miſeram ſi amiſerit. ſed finis ſit. Neque enim præ lachri mis iam loqui poſſum: & hic ſe lachrimis defendi uetat. Vos oro obteſtorq; iudices: ut in ſentētiis ferendis quod ſentietis id aude atis: ueſtram uirtutem: iuſticiam: fidem: mihi credite. is maxi me probabit: qui in iudicibus legendis optimum & ſapientiſſi mum quenq̃ legit.

M.T.C.PRO AVLO LICINIO ARCHIA POETA CON TRA GRACCHVM : ORATIO.

I quid eſt in me ingenii iudices:quod ſentio q̃
ſit exiguum:aut ſi qua exercitatio dicendi ĩ qua
me non inficior mediocriter eſſe uerſatum : aut
ſi huiuſce rei ratio aliqua ab optimarũ artiũ ſtu
diis ac diſciplina profecta:a qua ego nullum cõ
fiteor ætatis meæ tempus abhorruiſſe:earum re
rum omnium uel imprimis hic Aulus Licinius fructum a me re
petere prope ſuo iure debet.Nam quoad longiſſime poteſt mens
mea reſpicere ſpacium præteriti temporis :& pueritiæ memoriam
recordari ultimã:inde uſq; repetens: hunc uideo mihi principem
& ad ſuſcipiendã & ad ingrediendam rationẽ horũ ſtudiorum ex
titiſſe. Quod ſi hæc uox huius hortatu:præceptiſq; conformata
nõnullis aliquãdo ſaluti fuit a quo id accepimus:quo cæteris opi
tulari & alios ſeruare poſſemus huic profecto ipſi quantũ eſt ſitũ
in nobis :& opem & ſalutem ferre debemus . Ac ne quis a nobis
hoc ita dici forte miretur. ꝙ alia quædam in hoc facultas ſit inge
nii:neq; hæc dicẽdi ratio aut diſciplina:nec nos quidem huic cun
cti ſtudio penitus unq̃ dediti fuimus . Etenim omnes artes quæ
ad humanitatem pertinent:habent quoddã cõmune uinculũ : &
quaſi cognatione quadam inter ſe continentur.Sed ne cui ueſtrũ
mirũ eſſe uideatur me in quæſtione legitima : & in iudicio publi
co cum res agatur apud prætorem Po.Ro.lectiſſimum uirum:&
apud ſeueriſſimos iudices tanto conuentu hominũ ac frequentia
hoc uti genere dicendi:quod non modo conſuetudine iudiciorũ
uerũetiam a forenſi ſermone abhorreat.Quæſo a uobis ut in hac
cauſa mihi detis hanc ueniam accõmodatam huic reo: uobis quẽ
admodum ſpero nõ moleſtam:ut me pro ſummo poeta ac erudi
tiſſimo dicentẽ hoc concurſu hominũ litteratiſſimorũ hac ueſtra
humanitate:hoc deniq; prætore exercẽte iudicium: patiamini de
ſtudiis humanitatis ac litteraꝝ paulo loqui liberius:& in eiuſmo
di perſona quæ propter ocium ac ſtudium minime in iudiciis pe
riculiſq; tractata eſt:uti prope nouo quodam & inuſitato genere

dicendi:quod ſi mihi a uobis tribui concediq́ʒ ſentiam :perficiam pfecto ut hūc Au .Liciniū nō modo non ſegregandū: cū ſit ciuis a numero ciuiū:uerūetiam ſi non eſſet:putetis aſciſcendum fuiſſe Nam ut primū ex pueris exceſſit Archias:atqʒ ab his artibus qui bus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet:ſe ad ſcribendi ſtudiū contulit:primū anthiochiæ:nam ibi natus eſt loco nobili celebri quondā urbe & copioſa atqʒ eruditiſſimis hominibus libe raliſſimiſqʒ ſtudiis affluenti celeriter antecellere omnibus ingenii gloria contigit poſt in cæteris Aſiæ partibus cunctæqʒ græciæ: ſic eius aduentus celebrabat̃ ut famā ingenii expectatio hominis:ex pectationem ipſius aduētus admiratioqʒ ſuperaret. Erat Italia ple na græcaꝝ artiū:ac diſciplinarū:ſtudiaqʒ hæc & in latio uehemen tius tūc colebātur:q̃ nūc hiſdem in oppidis : & hic Romæ ꝓpter tranquillitatē Po.Ro.nō negligebant̃. Itaqʒ hunc & tarentini & rhegini & neapolitani ciuitate cæteriſqʒ præmiis donarū: & omēs qui aliquid de ingeniis poterāt iudicare:cognitione atqʒ hoſpitio dignū exiſtimarunt .Hac tanta celebritate famæ cū eſſet iam abſē tibus notus Romā uenit Mario conſule & Catulo. Nactus eſt ṗ mū conſules eiuſmodi :quorū alter res ad ſcribendum maximas: alter cū res geſtas:tū etiam ſtudiū atqʒ aures adhibere poſſet. Sta tim Luculli cū prætextatus etiā tum Archias eſſet:eum in domū ſuam receperunt. Sed etiā hoc nō ſolū ingenii ac litterarū:uerum etiā naturæ atqʒ uirtutis fuit: ut domus quæ huius adoleſcentiæ prima fuit eadē eſſet familiariſſima ſenectuti . Erat tēporibus illis iocundus Metello illi Numidico:& eius pio filio:audiebat̃ a.M. Aemylio:uiuebat cū .Q. Catulo & patre & filio. a Lucio Craſſo colebatur . Lucullos uero & Druſos & Octauios & Catonem :& totam Hortenſiorū domū deuictā conſuetudine cū teneret: affici ebatur ſummo honore:quod eū nō ſolū colebant qui aliquid per cipere atqʒ audire ſtudebant:uerūetiam ſi qui forte ſimulabāt . In terim ſatis longo interuallo cū eſſet cū .L.Lucullo in ſiciliam pro fectus:& cum ex ea prouintia cum eodē Lucullo decederet: uenit Heracleam:quæ cū eſſet ciuitas æquiſſimo iure ac fœdere: aſſcribi ſe in eam ciuitatē uoluit:idqʒ cū ipſe p ſe dignus putaretur : tū au ctoritate & gratia Luculli ab heraclienſibus impetrauit . Data eſt

ciuitas Syllani lege & Carbonis ſi q fœderatis ciuitatibus aſſcrip
ti fuiſſent:ſi tũ cum lex ferebat̃ in Italia domiciliũ habuiſſent: &
ſi ſexaginta diebus apud prætoré eſſent ꝓfeſſi.cũ hic domicilium
Romæ multos iam antea annos haberet :profeſſus eſt apud præ
torem.Q .Metellum familiariſſimũ ſuũ . Si nihil aliud niſi de ci
uitate ac lege dicimus: nihil dico amplius: cauſa dicta eſt . Quid
enim horum infirmari gratis poteſt?Heracleæ ne eſſe eũ aſſcriptũ
negabis?adeſt uir ſũma auctoritate & religione & fide.M. Lucul
lus:qui ſe non opinari ſed ſcire:non audiuiſſe ſed uidiſſe:nó inter
fuiſſe ſed egiſſe dicit .Aſſunt heraclienſes legati nobiliſſimi homi
nes huius iudicii cauſa cum mandatis & cum publico teſtimonio
uenerunt qui hunc aſſcriptum heracliẽſem dicunt.hic tu tabulas
deſideras heraclienſium publicas:quas italico bello incenſo tabu
lario interiiſſe ſcimus omnes . Eſt ridiculum ad ea quæ habemus
nihil dicere:quærere quæ habere non poſſumus: & de hominum
memoria tacere:litterarum memoriam flagitare. & cũ habeas am
pliſſimi uiri religionem:integerrimi municipii iuſiurandũ fidéq;
ea quæ deprauari nullo modo poſſũt repudiare.tabulas quas idé
dicis ſolere corrumpi deſiderare . At domicilium Romæ non ha
buit is qui tot annis ante ciuitatem datam ſedem omniũ rerũ ac
fortunarũ ſuarum Romæ collocauit . At non eſt profeſſus: ymo
uero his tabulis quæ ſolæ ex illa profeſſione collegioq; prætorũ
optinent publicarum tabularum auctoritatem.Nam cũ Appii ta
bulæ negligentius adſeruate dicerentur: Gabii q̃ diu incolumis
fuit leuitas poſt damnationé calamitatis omnem tabularũ fidem
reſignaſſet.Metellus homo ſanctiſſimus:modeſtiſſimuſq; omniũ
tanta diligẽtia fuit :ut ad.L.Lentulum prætorem & ad iudices ue
nerit:& unius hominis litura ſe commotũ eſſe dixerit.His igitur
tabulis nullam lituram in nomen Au.Licinii uidetis. Quæ cum
ita ſint :quid eſt ꝙ de eius ciuitate dubitetis?præſertim cum aliis
quoque ciuitatibus fuerit aſſcriptus.etenim cũ mediocribus mul
tis:& aut nulla aut humili aliqua arte præditis gratuito ciuitaté i
græcia homines impartiebantur .Rheginos credo aut Locrenſes
aut Neapolitanos aut Tarentinos:quod ſcenicis artificibus largi
ri ſolebãt:id huic ſumma ingenii prædito gloria noluiſſe.Quod

quā cæteri non modo poſt ciuitatem datam: ſed etiam legem papiam aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepſerunt hic qui nec utitur quidem illis in quibus ē ſcriptus . ꝙ ſemper ſe heraclienſem ciuem eſſe uoluit: reicietur? Cēſus noſtros requiris ſcilicet . Eſt enim obſcurū proximis cenſoribus hunc cum clariſſimo imperatore. L. Lucullo apud exercitum fuiſſe. ſuperioribus cū eodē quæſtore fuiſſe in Aſia: primis Iulio & Craſſo nullam populi partem eſſe cenſitam . Sed quoniam cenſus non ius ciuitatis cōfirmat: ac tantummodo indicat eum qui ſit cenſus: ita ſe iam tum geſſiſſe pro ciue his temporibus quæ tu criminaris: nec ipſius quidem iudicio in ciuium Romanorū iure eſſe uerſatū: & teſtamētū ſæpe fecit noſtris legibus & adiit hereditates ciuium Romanorū & in beneficiis ad ætrarium delatus eſt a. L. Lucullo prætore & cōſule . Quære argumenta ſi qua potes : nunq̄ enim hic neque ſuo neq; amicorum iudicio reuincetur . Quæres a nobis Gracche cur tantopere hoc nomine delectemur quia ſuppeditat nobis : ubi & animus hoc forenſi ſtrepitu reficiatur: aut aures conuitio defeſſæ conquieſcant? An tu exiſtimas ſuppetere nobis poſſe quod quotidie dicamus ī tanta uarietate rerum: niſi animos noſtros doctrina excolamus? aut ferre animos tantam poſſe contentionem: niſi eos doctrina eadem relaxemus? Ego uero fateor me his ſtudiis deditū: cæteros pudeat ſi q ſe ita litteris abdiderunt: ut nihil poſſint ex his neque ad cōmunem afferre fructum: neq; in aſpectū lucēq; proferre . Me aūt quid pudeat qui tot annos ita uiuo iudices ut a nullius unq̄ me tempore aut cōmodū aut ocium meū abſtraxerit aut uoluptas auocarit: aut deniq; ſomnus retardarit . quare quis tandem me reprehendat: ut quis mihi iure ſuccenſeat: ſi quātum cæteris ad ſuas res obeundas : q̄tū ad feſtos dies ludorū celebrandos: q̄tum ad alias uoluptates: & ad ipſam requiem animi & corporis conceditur temporū: quātum alii tribuunt tempeſtiuis cōuiuiis : quantum deniq; aleæ: q̄tum pilæ: tantū mihi egomet ad hæc ſtudia recolenda ſumpſero? Atq; hoc ideo mihi concedendū eſt magis: ꝙ ex his ſtudiis hæc quoq; cenſetur oratio & facultas: quæ quantacunq; in me nunq̄ amicorum periculis defuit: quæ ſi cui leuior uidetur : illa quidem certe quæ ſumma ſūt ex quo fōte

hauriam ſentio . Nam niſi multorum præceptis multiſq; litteris mihi ab adoleſcentia ſuaſiſſem:nihil eſſe in uita magnopere expe tendum niſi laudem atq; honeſtatem:me autem perſequenda om nes cruciatus corporis omnia pericula mortis atq; exilii parui eſſe ducenda:nunq̃ me pro ſalute ueſtra in tot ac tantas dimicationes atq; in hos profligatorum hominum quotidianos impetus obie ciſſem. Sed pleni omnes ſunt libri:plenæ ſapientum uoces:plena exemplorum uetuſtas : quæ iacerẽt in tenebris omnia:niſi littera rum lumen accenderet . q̃ multas nobis imagines non ſolum ad intuendum:uerumetiam ad imitandum fortiſſimorum uirorum expreſſas:ſcriptores & græci & latini reliquerunt: quas ego mihi ſemper in adminiſtrãda republica proponens animum & mentẽ meam ipa cognatione hominum exellentium confirmabã. Quæ ret quiſpiam quid illi ipi ſummi uiri:quorum uirtutes litteris ꝓ ditæ ſunt:iſta ne doctrina quã tu laudibus effers eruditi fuerunt difficile eſt hoc de omnibus confirmare . Sed tamen eſt certũ qd reſpondeam . Ego multos homines excellẽti animo & uirtute fu iſſe & ſine doctrina naturæ ipſius habitu ꝓpe diuino per ſeipſos & moderatos & graues extitiſſe fateor:etiam illud adiũgo ſæpius ad laudem atq; uirtutem naturam ſine doctrina q̃ ſine natura ua luiſſe doctrinã .Atq; idem ego contendo cum ad naturam eximi am atq; illuſtrem acceſſerit ratio quædam confirmatioq; doctrine tum illud neſcio quod præclarum ac ſingulare ſolere exiſtere. Ex hoc eſſe hunc numero quem patres noſtri uiderunt diuinum ho minem Affricanum: ex hoc .C.Lælium Luc. Furium modeſtiſſi mos homines & continentiſſimos :ex hoc fortiſſimum uirum & illis temporibus doctiſſimum Catonem illum ſenem:q profecto ſi nihil ad percipiendam colendamq; uirtutem litteris adiuuaren tur:nunquã ſe ad earum ſtudium contuliſſent.ꝙ ſi non hic tãtus fructus oſtenderetur:& ſi ex his ſtudiis delectatio ſola peteretur: tamen ut opinor hanc animaduerſionem humaniſſimam atq; li beraliſſimam iudicaretis. Nam cæteræ res neque temporum ſunt neq; ætatum omnium:neque locorum hæc ſtudia adoleſcentiam agunt ſenectutem oblectant :ſecundas res ornant:aduerſis perfu gium ac ſolatium præbent :delectant domi:non impediunt foris

pernoctant nobiſcum:peregrinatur:ruſticantur:quod ſi ipſi hæc
neqꝫ attingere neqꝫ ſenſu noſtro guſtare poſſemus:tamen ea mira
ri deberemus etiā cū in aliis uideremus . quis noſtrū tam animo
agreſti ac duro fuit ut Roſcii morte nuper nō commoueret̃:qui
cum eſſet ſenex:mortuus tamen propter excellentem artem ac ue
nuſtatem uidebatur omnino mori non debuiſſe :ergo ille corpo
ris motu tantum amorem ſibi conciliarat a nobis omnibus :nos
animorum ĩcredibiles motus :celeritatemqꝫ ingeniorum neglige
mus:Quotiens ego hūc Archiam uidi iudices(utar enim ueſtra
benignitate :quoniā me in hoc nouo genere dicendi tam diligen
ter attenditis): Quotiens ego hunc uidi cum litteram ſcripſiſſet
nullā magnum numerum optimorum uerſuū de his ipſis rebus
quæ tum agebantur dicere ex tempore: Quotiens reuocatū ean
dem rem dicere cōmutatis uerbis atqꝫ ſententiis :Quæ uero accu
rate cogitateqꝫ ſcripſiſſet:ea ſic uidi probari:ut ad ueterū ſcriptoꝝ
laudem peruenirent.hūc ego nō diligam:nō admirer:non omni
ratione defendēdum putem:Atqui ſic ea a ſūmis hominibus eru
ditiſſimiſqꝫ accepimus: cæterarum rerū ſtudia & doctrina & præ
ceptis & arte conſtaret:poetam natura ipſa ualeret :& mentis uiri
bus excitari:& quaſi diuino quodam ſpiritu afflari. Quar̄ ſuo iu
re noſter ille Ennius ſanctos appellat poetas .ꝙ quaſi deorum ali
quo dono atqꝫ munere cōmendati nobis eſſe uideantur .Sit igit̃
iudices ſanctum apud uos humaniſſimos homines hoc poete no
men.quod nulla unq̄ barbaria uiolauit: ſaxa & ſolitudines uoce
reſpondent:beſtiæ ſæpe immanes cantu flectuntur atqꝫ cōſiſtunt
nos inſtituti rebus optimis non poetarum uoce moueamur:Ho
merum Colophonii ciuem eſſe dicunt ſuum:Chii ſuum uēdicāt
Salammii repetunt .Smyrnii uero ſuum eſſe confirmant .Itaque
etiā delubrū eius in urbe dedicarūt: ꝑmulti alii præterea pugnāt
inter ſe atqꝫ cōtēdūt.Ergo illi alienū quia poeta fuit etiā poſt mor
tem expetūt :nos hūc uirū & q uoluntate & legibus noſter eſt:re
pudiamus:præſertim cū omne olim ſtudiū atqꝫ omne ingenium
contulerit Archias ad Po .Ro.gloriā laudemqꝫ celebrandā.Nam
& cymbricas res adoleſcens attigit:etiā illi ipſi.C.Mario q durior
ad hæc ſtudia uidebat̃ iocūdus fuit.Neqꝫ eni quiſq̄ eſt tā auerſus

a muſis qui non mandari uerſibus æternum ſuorũ laborum faci
le præconium patiatur . Temiſtoclem illum ſummũ Athenis ui
rum dixiſſe aiunt: cũ ex eo quæreret̃ quod acrama:aut cuius uo
cem libentiſſime audiret:eius a quo ſua uirtus optime prædicare
tur . Itaqꝫ ille Marius item eximie.L.Plotium dilexit: cuius inge
nio putabat ea quæ geſſerat poſſe celebrari. Mithridaticum uero
bellum magnum atqꝫ difficile : & in multa uarietate terra mariqꝫ
uerſatum:totum ab hoc expreſſum eſt:qui libri non modo.L.Lu
cullum fortiſſimũ & clariſſimũ uirum:uerumetiã Po.Ro.nomen
illuſtrant . Populus enim Romanus aperuit Lucullo imperante
pontũ:& regiis quondam opibus & ipſa natura regionis uallatũ
Po.ro.exercitus eodem duce nõ maxima manu innumerabiles ar
meniorum copias fudit.Po.ro. laus eſt urbem amiciſſimã a cyzi
cenorũ eiuſdem cõſilio ex omni impetu regio ac totius belli ore
ac faucibus ereptam eſſe atqꝫ ſeruatam.Noſtra ſemper feretur & ꝓ
dicabitur.L.Lucullo dimicante:cum interfectis ducibus depreſſa
hoſtium claſſis:& incredibilis apud tenedon pugna illa naualis:
noſtra ſunt trophea:noſtra monumenta:nr̃i triumphi: quia quo
rum ingeniis hæc ferũtur ab his Po. ro.fama celebratur .carus fu
it Aphricano ſuperiori noſter Ennius .Itaqꝫ etiã in ſepulchro Sci
pionũ putaturis eſſe cõſtitutus :& marmoratis laudibus certe nõ
ſolum ipſi qui laudantur:ſed etiã Po.ro.nomen ornatur In cælũ
huius proauus Cato tollitur:magnus honor Po.ro. adiungitur
omnes denique illi Marcelli Maximi Fuluii non ſine communi
omnium noſtrum laude decorantur . Ergo illum qui hæc fecerat
rudem tum hominem maiores noſtri in ciuitatem receperũt:nos
hunc heraclienſem multis ciuitatibus expetitum:in hac autem le
gibus conſtitutum.de noſtra ciuitate eiciemus:̃ Nam ſi quis mi
norem gloriæ fructũ putat ex græcis uerſibus percipi q̃ ex latinis
uehementer errat.ꝓpterea ꝙ græca leguntur in omnibus fere gẽ
tibus:latina ſuis finibus exiguis ſane continent̃. Quare ſi res he
quas geſſimus orbis terre regionibus definiunt̃ cupere debemus
quo minus manuũ noſtrarũ tela peruenerint:eodem gloriam fa
mamqꝫ penetrare.ꝙ cum ipſis populis de quorum rebus ſcribit̃:
hæc ampla ſunt:tum his certe qui de uita gloriæ cauſa dimicant:

hoc maximum & periculorum incitamentum eſt & laborum : q̃ multos ſcriptores rerũ ſuarũ magnus ille Alexander ſecum habu iſſe dicitur ? atq; is tamen cũ in ſigæo ad Achillis tumultum aſti tiſſet. O fortunate inquit adoleſcens:qui tuæ uirtutis præconem Homerum inueneras:& uere.Nam niſi illi ars illa extitiſſet:idem tumultus qui corpus eius contexerat:nomen etiã obruiſſet.quid noſter hic magnus:qui cũ uirtute fortunam adæquauit? Nonne Theophanem Mitylenæum ſcriptorẽ rerũ ſuarũ in concione mi litum ciuitate donauit?et noſtri illi fortes uiri & ruſtici ac milites dulcedie quadam gloriæ cõmoti quaſi particeps eius laudis mag no illud clamore approbauerunt . Itaq; credo ſi ciuis Romanus Archias legibus nõ eſſet:ut ab aliquo imperatore ciuitate donare tur pficere nõ potuit?Sylla uero cũ Hiſpanos & Gallos donaret: credo hunc petẽtem repudiaſſet:quem nos in contione uidimus: cui cum libellum malus poeta de populo ſubieciſſet : ꝙ epigram ma in eum feciſſet tantummodo alternis uerſibus lõgiuſculis:ſta tim ex his rebus quas tũc uendebat:iuſſit ei præmium tribui ſub ea conditione:ne quid poſtea ſcriberet. Qui ſedulitatem mali po etæ duxerit aliquo tamen præmio dignam . huius ingenium & uirtutem in ſcribendo & copiam non expetiſſet . Quid a.Q.Me tello Pio familiariſſimo ſuo qui ciuitate multos donauit . neque per ſe :neque per Lucullos impetrauiſſet?qui præſertim uſque eo de ſuis rebus ſcribi cuperet:ut etiam Cordubæ natis poetis ping ue quiddam ſonantibus :atq; peregrinum tamen aures ſuas dede ret. Neque enim eſt hoc diſſimulandum:quod obſcurari non po teſt:ſed præ nobis ferendum . Trahimur omnes ſtudio laudis:& optimus quiſq; maxime gloria ducitur.Ipſi illi philoſophi etiam illis libellis:quos de contemnenda gloria ſcribunt:nomen ſuum inſcribunt in eo ipſo:in quo prædicationem nobilitatemq; deſpi ciunt:prædicari de ſe ac nominari uolũt. Decius quidem Brutus ſummus ille uir & imperator Accii amiciſſimi ſui carminibus tẽ plorum ac monumentorum aditus exornauit ſuorum.Iam uero ille qui cum ætolis Ennio comite bellauit Fuluius nõ dubitauit Martis manubias muſis conſecrare : quare in qua urbe imperato res prope armati poetarum nomen & muſarũ delubra coluerunt

in ea non debent togati iudices a muſarum amore & poetarum ſa
lute abhorrere . Atq; enim ut id libentius faciatis: iam me uobis
iudices indicabo:& de meo quodam amore gloriæ nimis acri for
taſſe:uerūtamen honeſto uobis confitebor.Nam quas res nos in
conſulatu noſtro uobiſcum ſimul pro ſalute huiuſce imperii : &
pro uita omnium ciuium:proq; uniuerſa Republica geſſimus at
tigit his uerſibus:atq; inchoauit : quibus auditis ꝙ mihi magna
res & iocunda uiſa eſt:hunc ad perficiendum hortatus ſum. Nul
lam enim uirtus aliam mercedem laborum periculorumq; deſide
rat:præter hanc laudis & gloriæ:qua quidem detracta iudices qd
eſt ꝙ in hoc tam exiguo uitæ curriculo & tam breui tantis nos ī
laboribus exerceamus?Certe ſi nihil animus præſentiret in poſte
rum:& ſi quibus regionibus uitæ ſpacium circūſcriptū eſt : hiſdē
omnes cogitatus terminaret ſuos. Nec tantis ſe laboribus frange
ret.Neq; tot curis uigiliiſq; angeretur.Neq; totiens de ip̄a uita di
micaret.Nūc inſidet quædā in optimo quoq; uirtus:quæ noctes
ac dies animū gloriæ ſtimulis concitat atq; admonet: nō cū uitæ
tempore eſſe dimittendā cōmemorationē nominis nr̄i:ſed cū om
ni poſteritate adæquādā . An uero tā parui animi uideamur eſſe
omnes:qui ī repu.atq; in his uitæ periculis laboribuſq; uerſamur
ut cū uſq; ad extremū ſpiritū nullū tranquillū atq; ocioſū ſpaciū
duxerimus:nobiſcum ſimul moritura omnia arbitremur?An cū
ſtatuas & imagines nō animorū ſimulacra: ſed corporum ſtudio
ſe multi ſummi homines reliquerunt:conſiliorum relinquere ac
uirtutum noſtrarū effigiem:nōne multo malle debemus ſūmis ī
geniis expreſſam & politam?Ego uero omnia quæ gerebam iam
tum in gerendo ſpargeř me ac diſſeminare arbitrabar in orbis ter
ræ memoriam ſempiternam:hæc uero ſiue a meo ſenſu poſt mor
tem abfutura eſt:ſiue ut ſapientiſſimi homines putauerunt:ad ali
quam animi mei partem pertinebit:nunc quidem certe cogitatio
ne quadam ſpeq; delector . Quare conſeruate iudices hominem
pudore eo quem amicorum ſtudiis uidetis comprobari:tū digni
nitate:tum etiā uenuſtate:ingenio autem tanto quanto id conue
nit exiſtimari:quod ſūmorū hominū ingeniis expetitū eſſe uidea
tis.Cauſa uero eiuſmodi q̄ beneficio legis: auctoritate municipii

teſtimonio Luculli:tabulis Metelli comprobetur . Quæ cum ita
ſint:petimus a uobis iudices ſi qua non modo humana: uerũetiã
diuina in tantis negociis commendatio debet eſſe :ut eum q uos
qui ueſtros imperatores qui Po.Ro.res geſtas ſemper ornauit:q
etiam his recentibus noſtris ueſtriſq; domeſticis periculis æternũ
ſe teſtimonium laudis daturum eſſe profitetur : Iſq; eſt eo nume
ro qui ſemper apud omnes ſancti ſunt habiti :atq; dicti: ſic in ue
ſtram accipiatis fidem:ut humanitate ueſtra leuatus potiuſq̃ acer
bitate uiolatus eſſe uideatur . Qua de cauſa pro mea conſuetudĩe
breuiter ſimpliciterq; dixi iudices: ea confido probata eſſe omni
bus quæ firme a me iudiciali cõſuetudine & de hominis ingenio
& communiter de ipſius ſtudio locutus ſum : ea iudices a uobis
ſpero eſſe in bonam partem accepta : ab eo qui iudicium exercet
certe ſcio.

M.T.C. DE LEGE AGRARIA : AD POPVLVM.

Ommodius feciſſent Tribu.Plebis Quirites ſi
quæ apud uos de me deferunt:ea coram potius
me præſente dixiſſent . Nam & æquitatem ur̃e
diſceptationis & conſuetudinem ſuperiorum &
ius ſue poteſtatis retinuiſſent . Sed quoniam
adhuc præſens certamen contentionemq; fuge
runt:nunc ſi uidetur eis in meam concionem prodeant:& quo ꝓ
uocati a me uenire noluerunt:reuocati ſaltem reuertantur.Video
quoſdam Quirites ſtrepitu ſignificare neſcio quid: & non eoſdẽ
uultus quos proxima mea contione præbuerunt:in hanc concio
nem mihi retuliſſe. Quare a uobis qui nihil de me credidiſtis:ut
eã uolũtatẽ quã ſemꝑ habuiſtis erga me retineatis peto. A uobis
autẽ quos leuiter immutatos eſſe ſentio:paruã exigui tẽporis uſu
ram bonæ de me opinionis poſtulo:ut eã:ſi q̃ dixero uobis ꝓba
bo:ꝑpetuo retineatis.ſin aliter:hoc ipõ in loco depoſitã atq; abie
ctam relinquatis.Completi ſũt animi aureſq; ueſtre Quirites me
gratificantẽ ſeptem tyrannis:cæteriſq; Syllanorum aſſignatorum
poſſeſſoribus:agrariæ legi & cõmodis ueſtris obſiſtere.hæc ſi qui

crediderunt:illud prius crediderint neceſſe eſt hac lege agrariæ: q̃ promulgata ſit adimi Syllanos agros: uobiſq; diuidi: aut deniq; minui priuatorum poſſeſſiones: ut ĩ eas uos deducamini.Si oſtẽ do non modo nõ adimi cuiq̃ glebam de Syllanis agris:ſed etiam genus id agrorum certo capite legis impudentiſſime confirmari: atq; ſanciri : ſi doceo agris his qui a Sylla ſunt dati ſic diligenter Rullum ſua lege conſulere ut facile appareat eam legem non a ue ſtrorum cõmodorum patrono ſed a uulgi genero eſſe cõſcriptam Nũquid eſt cauſæ Quirites quin illa criminatione qua in me ab ſentem uſus eſt:non ſolum meam ſed etiam ueſtram diligentiam prudentiamq; deſpexerit? caput eſt legis.xl.de quo ego conſulto Quirites:neq; apud uos antefeci mentionem: ne aut refricare ob ductam iam Rempublicã cicatricem uiderer:aut aliquid alieniſſi mo tempore nouæ diſſenſionis commouere .Neq; uero nũc ideo diſputabo ꝙ hunc ſtatum Reipublice non magnopere defenden dum putem:præſertim qui ocii & concordiæ patronũ me in hũc annum Rempublicam cõfeſſus ſim :ſed ut doceam Rullum poſt hæc in his ſaltem tacere rebus : in quibus de ſe & de ſuis factis ta ceri uelit . Omnium legum iniquiſſimam diſſimillimamq; legis eſſe arbitror eam quam.L.Flaccus inter rex de Sylla tulit : ut om nia quæcunque ille feciſſent eſſent rata .Nam cum cæteris in ciui tatibus tyrannis inſtitutis leges omnes extinguantur atq; tollan tur:hic Reipublice tyrannum lege conſtituit. Eſt inuidioſa lex ſi cuti dixi.Verũtamen habet excuſationem . Non enim uidet̃ ho minis lex eſſe ſed temporis .Quid ſi eſt hæc multo impudentior nam ualeria lege corneliiſq; legibus eripitur cui datur.Coniungi tur impudens gratificatio cum acerba iniuria . Sed tamẽ inhibet illis legibus ſpem nonnullã cui adeptus eſt aliquem ſcrupulum cui datus eſt. Rulli cautio eſt hæc.qui poſt.C.Marium.Cn. Pa pirium conſules q̃ procula ſuſpitione fugit? ꝙ eos conſules q ad uerſarii Sylle maxime fuerunt potiſſimũ nominauit.Si enĩ Syllã dictatorem nominaſſet perſpicuum forte & ĩuidioſum arbitratus eſt̃. Sed quem ueſtrum tam tardo ingenio fore putauit:cui poſt eos conſules Syllam dictatorem fuiſſe in mentẽ uenire nõ poſſet quid ergo ait Marianus tri.ple.qui uos ſyllanos in inuidiã rapit

qui poſt Marium & Carbonem cōſules agros:ædificia:lacus ſtag na:loca poſſeſſiones:cælum & mare prætermiſit: cætera cōplexus eſt:ʼpublice data:aſſignata:uendita cōceſſa ſunt.a quo Rulle poſt Marium & Carbonem conſules quis aſſignauit:ʼquis dedit:ʼquis conceſſit præter Syllam:ʼea omnia eo iur̄ ſint:quo iure labefactat uidelicet neſcio quid nimium acre:nimium uehemens Tri. ple. Syllana reſcindit:ut quæ optimo iure priuata ſint:etiā ne meliore q̄ paterna & auita:ʼmeliore .At hoc ualeria lex non dicit.corneliæ leges non ſanciunt:Sylla ipſe non poſtulat. ſi iſti agri partem ali quam iuris aliquam ſimilitudinem ꝓpriæ poſſeſſionis : aliquam ſpem diuturnitatis attingunt:nemo eſt tam imprudens iſtorum quin agi ſecum præclar̄ arbitretur. Tu uero Rulle quid quæris:ʼ quod habent ut habeant.quis uetat :ʼ ut priuatum ſed ita latum eſt ut melior tui ſoceri fundus hirpinus ſit:ſiue ager hirpinus: to tum enim poſſidet q̄ meus paternus auituſq; fundus hirpinas.id enim caues. optimo enim iure ea ſunt profecto prædia quæ opti ma conditione ſūt.libera meliore iure ſunt q̄ ſerua capite hoc om nia quæ ſeruiebant non ſeruiēt:ſoluta meliore in cauſa ſunt q̄ ob ligata:eodem capite ſubſignata omnia ſi modo Syllana ſunt libe rantur . Immunia meliore conditione ſunt q̄ illa quæ penſitant. Ego tuſculanis pro aqua crebra uectigal pendam:qui a mancipio fundum accepi :ſi a Sylla mihi datus eſſet Rulli lege nō penderē. Video uos Quirites ſicuti res ipſa cogat commoueri uel legis ul̄ orationis impudentia.legis quæ ius melius Syllanis prædiis con ſtituat q̄ paternis.orationis quæ eiuſmodi cauſa inſimulare quēq̄ audeat :rationes Sylle nimium uehementer defendere . At ſi illa ſolum ſanciret quæ a Sylla eſſent data tacerem:modo ip̄e ſe Sylla num eſſe confiteretur . ſed non modo illis cauet: uerumetiam ali ud quoddam genus donatōnis inducit :& his qui a me Syllanas poſſeſſiones defendi criminatur:non eas ſolum ſancit. Verum ip ſe nouas aſſignationes inſtituit:& repentinus Sylla nobis exorit̄ Nam attēdite q̄tas cōceſſiones agrorū hic noſter obiurgator uno uerbo facere conet̄.q̄ data:donata:conceſſa:uendita:patior audio qd deinde:ʼpoſſeſſa.hoc tri.ple.ꝓmulgare auſus eſt.ut quod qſq; poſt Marium & Carbonem conſules poſſidet:id eo iure teneret.

quod optimo priuatum:'etiam ne ſi ui eiecit :'etiam ne ſi clam .ſi præcario uenit in poſſeſſionem :'Ergo hac lege ius ciuile : cauſæ poſſeſſionum:prætorum ſub hoc uerbo interdicta tollentur: nõ mediocris res nec paruum ſub hoc uerbo futurum malũ .Quir. latet. ſunt enim multi agri lege Cornelia publicati:nec cuiq̃ aſſig nati:neq; ueditis:qui a paucis hominibus impudentiſſime poſſi dent'.his cauet.hos defendit.hos priuatos facit.hos inquã agros quos Sylla uenundedit:Rullus non uobis aſſignare uult:ſed eis condonare qui poſſident . cauſam quæro cur ea quæ maiores uo bis in Italia Sicilia:duabus Hiſpaniis. Macedonia. Aſia quæſiue runt uenire patiamini:'cum ea quæ ueſtra ſunt cõdonari poſſeſſo ribus eadem lege uideatis:'Iam totam legem intelligetis:'cum ad paucorum dominationem ſcripta ſit: tum ad Syllanæ aſſignatio nis rationes eſſe accõmodatiſſimam .Nam ſocer huius uir multũ bonus eſt :neq; ego nunc de illius bonitate:ſed de gener̃ impudẽ tiæ diſputo.Ille enim quod habet retinere uult:neq; ſe Syllanum eſſe diſſimulat.hĩc ut ipſe habeat quod non habet:quæ dubia ſũt per uos ſancire uult : & cum plus appetat q̃ ipſe Sylla: quibus re bus reſiſto Syllanas res defendere criminor. habet agros nonnul los inquit ſocer meus deſertos atq; longinquos : uendet eos mea lege quanti uolet :habet incertos ac nullo iure poſſeſſos. cõfirma bũtur optimo iure .habet publicos :reddam priuatos deniq; eos fundos quos in agro caſſinati optimos fructuoſiſſimos continu auit.cum uſq; eos uicinos proſcriberet:quo ad oculis confirman do ex multis prædiis unam eundi regionem formamq; perfecerit quos nũc cum aliquo metu tenet:ſine ulla cura poſſidebit.& quo niã qua de cauſa & quorũ cauſa ille hoc promulgauit oſtẽdat do ceat ipſe num ego quẽ poſſeſſorẽ defendã:cũ agrariæ legi reſiſto . Siluam ſcantiã uendis:'Remp.poſſedet :defendo: cãpanũ agrum diuidis:uos eſtis in poſſeſſione. non cedo.deinde Italiæ Siciliæ: cæterarumque prouintiarum poſſeſſiones uenales ac proſcriptas hac lege uideo . Veſtra ſunt prædia:ueſtræ poſſeſſiones.reſiſtam atque repugnabo:neque patiar a quoquam.P.R.de ſuis poſſeſſi onibus me conſule dimoueri. præſertim cum uobis nihil quæra tur : hoc enim uos errore uerſare diutius non oportet .Nunquis

ueſtrum ad uim:ad facinus: ad cædem accõmodatus eſt:' nemo. Atqui ei generi hominũ mihi credite:campanus ager & præclara illa capua ſeruatur:exercitus contra uos:contra libertatem ueſtrã contra Cn.Pom. conſtituitur: contra hanc urbem capua:contra uos manus hominum audaciſſimorum: contra Cn. Pompeium decem duces comparãtur. Veniant coram : & quoniam me in ueſtram concionem uobis flagitantibus conuocauerunt: differant.

M. T. C.PRO.M.MARCELLO AD.P.C.ET.C.CAESAREM ORATIO.

Iuturni ſilentii.P.C.quo eram uſus his temporibus nõ timore aliquo:ſed partim dolore :partim uerecundia finem hodiernus dies attulit. Idemq; initium quæ uellem quæq; ſentirẽ meo priſtino more dicendi. Tantam enim manſuetudinem:tam inuſitatam: inauditamq; clementiam:tantum in ſumma poteſtate rerum omnium modum : tam deniq; incredibilem ſapiẽtiam:ac pene diuinam tacitus nullo modo præterire poſſum .M.enim Marcello uobis.P.C.Reiq; publice reddito non illum ſolum: ſed etiam uocem meam & auctoritatem & uobis & reipublice conſeruatam ac reſtitutam: & inſtauratam puto . Dolebam enim.P.C. & uehementer augebar cum uiderem uirum talem :qui in eadem cauſa fuiſſem in qua ego fuiſſẽ non in eadẽ fortuna eſſe. Nec mihi perſuadere poteram:nec phas eſſe ducebam uerſari me ĩ ueſtro ueteri curriculo illo æmulo atq; imitatore ſtudiorum atq; laborum meorum:& quaſi quodam ſocio a me & comite diſtracto . Ergo & mihi & meæ priſtinæ uitæ conſuetudinem .C.Cæſar intercluſam aperuiſti: & his omnibus ad bene de republica ſperandum quaſi ſignum aliquod ſuſtuliſti Intellectum enim eſt mihi quidem in multis & maxime in meipſo & pauloante in omnibus cũ Marcum Marcellum ſenatui reiq; publice conceſſiſti : cõmemoratis præſertim etiam offenſionibus te auctoritatẽ huius ordinis:dignitatemq; reip.tuis ul' doloribus ul' ſuſpitionibus ante ferre.Ille quidẽ fructũ omnis anteactæ uitæ hodierno die maximũ cœpit cũ ſũmo cõſenſu ſenatus: tũ iudicio

tuo grauiſſimo & maximo: ex quo ꝓfecto intelligis quãta in da
to beneficio ſit laus:cum in accepto tanta ſit gloria.Eſt uere fortu
natus ille : cuius ex ſalute non minor pene ad omnes q̃ ad illum
uẽtura ſit lætitia peruenerit:quod quidem ei merito atq; optimo
iure contingit. Quis ení eſt illo aut probitate:aut nobilitate:aut
optimarum artium ſtudio:aut innocentia:aut ullo laudis genere
præſtantior .Nullius tantum flumen ingenii eſt:nulli dicẽdi aut
ſcribendi tanta uis tantaq; copia:quæ non dicã exornare ſed enar
rare .C.Cæſar res tuas geſtas poſſit .Tamen hoc affirmo :& hoc
pace dicam tua:nullam in his eſſe laudem ampliorẽ:q̃ eam quam
hodierno die conſecutus es . Soleo ſæpe ante oculos ponere idq;
libenter crebris uſurpare ſermonibus omnes noſtrorũ imperato
rum:omnes externarũ gentium potentiſſimorũq; populorũ: om
nes regum clariſſimorum res geſtas cum tuis:nec contentionum
magnitudine:nec numero præliorum:nec uarietate regionũ: nec
celeritate conficiendi:nec diſſimilitudine bellorum poſſe conferri
Nec uero diſiunctiſſimas terras citius paſſibus cuiuſq̃ potuiſſe ꝑ
agrari q̃ tuis:non dicam curſibus ſed uictoriis illuſtratæ ſunt : q̃
quidem ego niſi ita magna eſſe fatear : ut ea uix cuiuſq̃ mens aut
cogitatio capere poſſit: amens ſint . Sed tamen ſunt alia maiora.
Nam bellicas laudes ſolent quidem extenuare uerbis : eaſq; detra
here ducibus cõmunicare cum multis: ne propriæ ſint imperato
rum & certe ĩ armis militum uirtus:locorum opportunitas: auxi
lia ſotiornm:claſſes:cõmeatus multum iuuant . Maximum uero
partem quaſi ſuo iure fortuna ſibi uendicat: & quicquid eſt ꝓſpe
re geſtum id pene omne ducit ſuum . At uero huius gloriæ .C.
Cæſar quam es paulo ante adeptus ſotium habes neminem . To
tum hoc q̃tumcũq; eſt quod certe maximũ eſt:totũ inquã eſt tuũ
Nihil ení tibi ex illa laude centurio:nihil præfectus:nihil cohors
nihil turma decerpit. quin etiam illa humanarũ rerũ domina for
tuna in iſtius ſocietatem gloriæ ſe non offert: tibi cedit tuam eſſe
totam & propriã fatetur. Nunq̃ ení temeritas cum ſapientia com
miſcet̃:neq; ad conſiliũ caſus admittit̃ . Domuiſti gentes ímani
tate barbaras:multitudíe ínumerabiles:locis infinitas:omni copi
arũ genere habũdãtes.Sed tñ ea uiciſti quæ naturã & conditionẽ

ut uinci ui poſſent:habebant. Nulla enim eſt tanta uis :tanta co
pia:quæ nõ ferro ac uiribus debilitari ac frangi poſſit. Verum ani
mum uincere:iracundiam cohibere:uictoriam temperare:aduerſa
rium nobilitate ingenio uirtute præſtantem nõ modo extollerẽ ia
centem:ſed etiam amplificare eius priſtinam dignitatem.hæc qui
faciat nõ ego cum ſũmis uiris comparo:ſed ſimillimũ deo iudico
Itaq̧.C.Cæſar bellice tuæ laudes celebrabuntur. Ille quidẽ neq̧
ſolum noſtris:ſed pene omnium gentiũ litteris atq̧ linguis.Neq̧
ulla unq̃ ætas de tuis laudibus conticeſcet. Sed tamen eiuſmodi
res neſcio quomodo etiam cũ leguntˊ obſtrepere clamore militũ
uidentur:& turbarũ ſono .At uero cũ aliquid clementer mãſuete
iuſte recte moderate ſapienterq̧ factum in iracundia præſertim q̃
eſt inimica conſilio:& in uictoria:quæ natura & inſolens & ſuper
ba eſt:aut audimus aut legimus:quo ſtudio incendimur: nõ mo
do in geſtis rebus :ſed etiã in fictis : ut eos ſæpe quos nunq̃ uidi
mus diligamus? Te uero quem præſentem intuemur:cuius men
tem ſenſuſq̧ & os cernimus : ut quicquid belli fortuna reliquum
reipublice fecerit:id eſſe saluũ uelis. quibus laudibus offeremus?
quibus ſtudiis proſequemur? qua beniuolentia complectemur?
Parietes .C. Cæſar mediuſſidius ut mihi uidetur:huius curiæ ti
bi gratias agere geſtiũt:ꝙ breui tempore illa futura ſit auctoritas
in his maiorũ ſuorũ & ſuis ſedibus.Equitem cum.M:Marcelli ui
ri optimi & commemorabili pietate ac uirtute præditi lachrymas
modo uobiſcum uiderem:omniũ Marcellorum meũ pectus me
moriam effudit:quibus tu etiam mortuis.M. Marcello conſerua
to dignitate ſuã reddidiſti:nobiliſſimamq̧ familiam iã ad paucos
redactam pœne ab interitu uendicaſti .Hunc tu igitur diem tuis
maximis & ĩnumerabilibus gratulationibus iure antepones:hæc
enim res unius eſt propria.C.Cæſaris:cæteræ duce te geſte: mag
næ ille quidem ſed tamen multo magno comitatu. huius autem
rei tu idẽ dux es & comes :quæ quidẽ tanta eſt:ut nulla trophæis
& monumentis tuis allatura ſit finem ætas . Nihil autem eſt ope
re aut manu factum:quod aliquando non conficiat & non conſu
mat uetuſtas . At uero hæc tua iuſticia & lenitas floreſcet quoti
die magis : Ita ut quantum operibus tuis diuturnitas detrahet:

tantũ afferet laudibus. Et cum cæteros quidé omnes uictores bel
lorum ciuiliũ iam antea æquitate & miſericordia uiceras : hodier
no uero die teipſũ uiciſti. Vereor ne hoc quod dicã non perinde
poſſit intelligi auditu : atq; ego ipſe cogitans ſentio:ipſã uictoriã
uiciſſe uideris:cũ ea illa quæ adepta erat uictis remiſiſti . Nam cũ
ipſius uictoriæ conditõne iure omnes uicti occidiſſemus:clemen
tiæ tuæ iudicio conſeruati ſumus. Recte igitur unus inuictus es
a quo etiam ipſius uictoriæ conditio uſq; deuicta é. Atq; hoc.C.
Cæſaris iudicium P.C.q̃ late pateat attendite.Omnes enim q ad
arma fato ſumus neſcio quo reipublice miſero funeſtoq; cõpulſi.
& ſi aliqua culpa teneremur erroris humani a ſcelere certe liberati
ſumus . Nam cũ Marcum Marcellum deprecantibus uobis reip.
conſeruauit:memet mihi & item reipub. nullo deprecante:& reli
quos ampliſſimos uiros & ſibiipſis & patriæ reddidit:quorum &
frequentiam & dignitatem hoc ipſo in conceſſu uidetis.Non ille
hoſtes induxit in curiam:ſed indicauit a pleriſq; ignorantia poti
us & falſo atq; inani metu: q̃ cupiditate & crudelitate ciuile bellũ
eſſe ſuſceptum:quo quidem in bello ſemper de pace agendum au
diendumq; eſſe putaui:ſemperq; dolui nõ modo pacem:ſed & ora
tionem ciuium pacem efflagitantiũ repudiari.Neq; enim ego illa
nec ulla unq̃ ſecutus ſum arma ciuilia: ſemperq; mea cõſilia pacis
& togæ ſocia nõ belli atq; armorũ fuerunt : hominé ſum ſecutus
priuato officio non publico :tantũq; apud me grati animi fidelis
memoria ualuit:ut nulla nõ modo cupiditate:ſed ne ſpe quidem
prudés & ſciens tanq̃ ad interitũ ruerem uoluntariũ: quod qdem
meum conſiliũ minime obſcurũ fuit . Nam & in hoc ordine inte
gra re multa de pace dixi: & in ipſo bello eadem etiã cum capitis
mei periculo ſenſi:ex quo nemo erat tam iniuſtus rerũ æſtimator
qui dubitet :quæ Cæſari de bello uoluntas fuerit: cũ pacis aucto
res conſeruandos cenſuerit ſtatim cæteris fuit iratior . Atq; id mi
nus mi℞ uideretur fortaſſe:tum cũ eſſet incertus exitus & anceps
fortuna belli . Qui uero uictor pacis auctores diligit:is profecto
declarat maluiſſe ſe non dimicare q̃ uincere. Atq; huius quidé rei
M.Marcello ſum teſtis. Noſtri enim ſenſus ut in pace ſemper ſic
tum etiam in bello congruebant .Quotiens tego eum & quanto

cum dolore uidi:cũ inſolentiã cæterorũ hominum:tum ipſius ui ctoriæ ferocitatem extimeſcentẽ. Quo gratior tua liberalitas.C. Cæſar nobis:qui illa uidimus:debet eſſe. Non enĩ iam cauſæ ſũt inter ſe:ſed uictoriæ comparãdæ. Vidimus tuam uictoriam præ liorum exitu terminatã:gladiũ uagina uacuum in urbe non uidi mus.quos amiſimus ciues:eos uis Martis perculit: non ira uicto riæ:ut dubitare debeat nemo quin multos ſi fieri poſſet C.Cæſar ab inferis excitaret: quoniã ex eadem acie conſeruat quos poteſt. Alterius uero partis nihil amplius dico q̃ id quod omnes uereba mur:nimis iracundam futuram eſſe uictoriam . Quidam enĩ nõ modo armatis :ſed interdũ etiam ocioſis minabantur . Nec quid quiſq; ſenſiſſet:ſed ubi fuiſſet cogitandum eſſe dicebant: ut mihi quidẽ uideant̃ dii immortales etiã ſi pœnas a Po.ro. ob aliquod delictum expetiuerĩt: qui ciuile bellum & tam luctuoſum excita uerunt:uel placati iam uel etiã ſaciati aliquando omnem ſpem ſa lutis ad clementiam uictoris & ſapientiam contuliſſe.Quare gau de tuo iſto tã excellenti bono & fruere una cum fortuna & gloria tum etiam natura & moribus tuis :ex quo quidem maximus eſt fructus iocunditaſq; ſapienti. Cætera cum tua recordabere:& ſi p ſæpe uirtuti:tamen plerunq; felicitati tuæ gratulabere. De nobis quos in republica tecũ ſimul ſaluos eſſe uoluiſti:quotiens cogita bis:totiens de tuis maximis beneficiis: totiens de incredibili libe ralitate:totiens de ſingulari ſapientia tua cogitabis:quæ non mo do ſumma bona:ſed nimirum audebo uel ſola dicere.Tantus.n. ſplendor in laude uera:tanta in magnitudine animi & cõſilii dig nitas: ut hæc a uirtute donata : cætera a fortuna cõmodata eſſe ui deantur . Noli igitur in conſeruandis uiris bonis defatigari non de cupiditate aliqua præſertim aut prauitate lapſis ſed opinione officii ſtulta fortaſſe certe non improba & ſpecie quadam reipub lice . Non enim aliqua tua culpa eſt ſi te aliqui timuerunt . Con traq; ſumma tibi laus eſt . ꝙ pleriq; minime timendum fuiſſe ſen ſerunt . Nunc uenio ad grauiſſimam quærelam :& atrociſſimam ſuſpitionem tuam : quæ non tibiipſi magiſ q̃ cum omnibus ciui bus:tum maxime nobis qui a te conſeruati ſumus prouidenda ẽ: quam & ſi ſpero eſſe falſam :nunq̃ tamen extenuabo uerbis.Tua

enim cautio noſtra cautio eſt:ut ſi in alterutro peccādum ſit :ma
lim uideri nimis timidus q̄ parum prudens.Sed quiſnam eſt iſte
tam demēs? qui ſcilicet tibi inſidiaretur? de tuis ne? Tam&ſi qui
magis ſunt tui q̄ quibus tu in ſalutem inſperantibus reddidiſti?
An ex eo numero ne qui una tecum fuerunt? Non eſt credibilis
tantus ī ullo furor:ut quo duce omnia ſumma ſit adeptus:huius
uitam nō anteponat ſuæ.At ſi tui nihil cogitant ſceleris:cauendū
eſt ne quid inimici.qui? Omnes enim qui fuerūt: aut ſua pertina
cia uitam amiſerunt:aut tua miſericordia retinuerunt: ut aut nul
li ſuperſint de inimicis:aut qui ſuperfuerunt ſint amiciſſimi. Sed
tamen cum in animis hominū tantæ latebræ ſint & tanti receſſus
augeamus ſane ſuſpitionem tuā:ſimul enim augebimus & diligē
tiam. Nam quis omniū tam ignarus rerū:tam rudis in republica
tam nihil unq̄ nec de ſua nec de communi ſalute cogitans: ꝗ non
intelligat tua ſalute contineri ſuam? & ex unius tui uita pendere
omnium? Equidem de te dies nocteſq; ut debeo cogitās caſus dū
taxat humanos euentus & incertos ualitudinis & naturæ cōmuīs
fragilitatem extimeſco . Doleoq; cum reſpublica immortalis eſſe
debeat:eam in unius mortalis anima conſiſtere.Si uero ad huma
nos caſus incertoſq; motus ualitudinis ſceleris etiam accedat inſi
diarumq; conſenſio:quem etiam deū ſi cupiat: poſſe opitulari rei
publice credamus.Omnia ſunt excogitanda tibi C. Cæſar excitā
da iacere ſentis belli ipſius impetu:quod neceſſe fuit percuſſa ac ꝓ
ſtrata plura uidere:conſtituenda iudicia:reuocanda fides:compri
mende libidines:propaganda ſoboles:omniaq; quæ de lapſa iam
fluxerunt:ſeueris legibus uincenda ſunt. Nō fuit recuſandum in
tanto ciuili bello: tantoq; animoꝝ ardore & armorum:quin q̄ſſa
ta reſpublica quicūq; belli euentus fuiſſet :multa perderet & orna
menta dignitatis & præſidia ſtabilitatis ſuæ. Multa q̄ ueteramus
quæ dux faceret armatus:quæ idē togatus fieri ꝓhibuiſſet. Quæ
quidem nunc tibī omnia belli uulnera ſananda ſunt:qbus præter
te mederi nemo poteſt .Itaq; illā tuā præclariſſimam & ſapientiſſi
mam uocem inuitus audiui:ſatis te diu uel naturæ uixiſſe uł glo
riæ.Satis ſi ita uis fortaſſe naturæ:addo etiam ſi placet gloriæ.At
id quod maximum eſt patriæ certe parum .Quare omitte quæſo

iſtam doctorū hominum in contemnenda morte prudentiā. No li noſtro periculo ſapiens eſſe. Sæpe enim uenit ad meas aures te idem iſtud nimis crebro dicere ſatis te tibi uixiſſe. Credo: ſed ta mē id audirem: ſi tibi ſoli uiueres: aut ſi tibi ſoli etiam natus eſſes Nunc cū omniū ciuiū ſalutem: cunctamq; rempublicā res tuæ ge ſte complexæ ſint: tm̄ abes a perfectione maiorū operū: ut funda menta quæ cogitas nondū ieceris. Hic tu modū uitæ tuæ non ſa lute reipublicæ: ſed æquitate animi definies. Quid ſi iſtud ne glo riæ quidem tuæ ſatis eſt: cuius te eſſe auidiſſimum: q̄uis ſis ſapiēs non negabis. Parū ne igit' inquies gloriā magnam relinquimus Imo uero aliis q̄uis multis ſatis: tibi uni parū. Quicquid enī eſt q̄uis amplū ſit idem certe parum eſt: tum cum ē aliquid amplius. Quod ſi rerū tuarum immortalium. C. Cæſar hic exitus futurus fuit: ut deuictis aduerſariis rempublicam in eo ſtatu relinqueres: in quo nunc eſt: uide quæſo ne tua diuina uirtus admirationis plus ſit habitura q̄ gloriæ. Siquidē gloria illuſtris peruagata ml' torum & magnorum uel in ſuos ciues: uel in patria: uel in omne genus hominum fama meritorū. Hæc tibi igitur reliqua pars eſt reſtat actus in hoc elaborandum eſt: ut rempublicam conſtituas: eaq; tu in primis compoſita cum ſumma tranquillitate & ocio ꝑ fruere. Tum te & ſi uoles cum & patriæ quod debes ſolueres: & naturam ipſam expleueris ſacietate uiuēdi: ſatis diu uixiſſe dicito Quid eſt enim omnino hoc ipſum diu: in quo eſt aliquid extre mum: quod cum uenerit: omnis uoluptas præterita nihilo eſt qa poſtea nulla futura eſt. Quanq̄ iſte tuus animus nunq̄ his angu ſtiis quas nobis natura ad uiuendum contentus fuit: ſempq; im mortalitatis amore flagrauit. Nec uero hæc tua uita dicenda eſt quæ corpore & ſpiritu continetur. Illa inquā illa uita eſt tua Cæ ſar quæ uigebit memoria ſæculorum omniū: quā poſteritas alet quam ipſa æternitas ſemper intuebitur. Huic tu inſeruias: huic te oſtentes oportet quæ memoria quidem: & quæ miretur iā pridē multa habet. Nunc etiam quæ laudet expectat. Obtupeſcent po ſteri certe imperia: prouintias: Rhenum: Oceanum: Nilum: pug nas innumerabiles: incredibileſq; uictorias: monumenta: innume rata triumphos audientes & legentes tuos. Sed niſi hæc urbs ſta

bilita tuis conſiliis & inſtitutis fuerit: negabitur modo tuum no
men longe atq; late. Sedem autem ſtabilem & domicilium certũ
non habebit. Erit inter eos etiam qui naſcentur: ſicut inter nos fu
it magna diſſenſio: cum alii laudibus ad cælum res tuas geſtas ef
ferent: alii fortaſſe aliud requirent: idq; uel maximum niſi belli ci
uilis incendium ſalute patriæ reſtrinxeris: ut illud fati fuiſſe uide
atur: hoc conſilii. Serui igitur his etiã iudicibus: qui multis poſt
ſæculis de te iudicabunt. Equidem ſcio an incorruptius q̃ nos.
Nam & ſine amore: & ſine cupiditate: & rurſus ſine odio: & ſine ĩ
uidia iudicabunt. Id autem etiam ſi tũc ad te ut quidam falſo pu
tant: non pertinebit: nunc certe pertinet te eſſe talem: ut laudes tu
as obſcuratura nulla unq̃ ſit obliuio. Diuerſæ uoluntates ciuiũ
fuerunt: diſtractæq; ſententiæ. Non enim conſiliis ſolũ & ſtudiis
ſed armis etiam & caſtris diſſidebamus. Erat autem obſcuritas q̃
dam: erat certamen inter clariſſimos duces. Multi dubitabant qd
optimũ eſſet. Multi quid ſibi expediret: multi quid diceret: non
nulli etiam quid liceret perſũcta eſt reſpublica hoc miſero fataliq;
bello: Vicit is qui non furia inflammaret odium ſuum: ſed boni
tate leniret: Neq; omnes quibus iratus eſſet: eoſdem etiam exilio
aut morte dignos iudicaret. Arma ab aliis poſita: ab aliis arrepta
ſunt. Ingratus eſt iniuſtuſq; ciuis: qui armorũ periculo liberatus
animum tamen retinet armatum: ut iam ille ſit melior qui in acie
cecidit: q̃ qui in cauſa animam profudit. Quæ enim pertinacia q
buſdam eadem aliis cõſtantia uideri poteſt. Sed quia iam omnis
fracta diſſenſio eſt armis & extincta æquitate uictoris. Reſtat ut
omnes unum uelint: qui habent aliquid nõ ſapientiæ modo ſed
etiam ſanitatis: niſi te. C. Cæſar ſaluo etiam ĩ iſta ſententia qua cũ
antea tum hodie maxime uſus es manente ſalui eſſe nõ poſſumus
Quare omnes te qui hæc ſalua eſſe uolumus: & hortamur: & ob
ſecramus ut uitæ: ut ſaluti tuæ conſulas: omneſq; tibi: ut pro aliis
etiam loquar: id quod de meipſo ſentio: quoniam ſubeſſe aliquid
putas quod cauendum ſit: nõ modo excubias & cuſtodias: ſed eti
am laterum noſtrorum oppoſitus & corporum pollicemur. Sed
ut unde eſt orta in eodẽ oratio mea terminetur: maximas tibi om
nes gratias agimus. C. Cæſar: maiores etiam habemus. Nã oẽs

idem ſentiunt:quod ex omnium præcibus & lachrymis ſentiṙ po tuiſti .Et quoniā nō eſt omnibus aſtantibus neceſſe dicere. A me certe dici uolunt:cui neceſſe eſt quodāmodo & quod uolūt certe & quicquid fieri decet: & quod .M.Marcello a te huic ordini .P. Q.R.& reipu.reddito fieri id intelligo . Nam lætari omnes non ut de unius ſolum ſed ut de cōmuni omnium ſalute ſentio.quod autem ſummæ beniuolētiæ eſt:quæ mea erga illum omnibus no ta ſemper fuit : ut uix Marco Marcello optimo & amātiſſimo fra tri:præter eum quidem cederem nemini: cum id ſollicitudine cu ra labore tam diu preſtiterim q̄ diu eſt de illius ſalute dubitatum certe hoc tēpore magnis curis moleſtiis doloribus liberatus præ ſtare debeo.Itaq;.C.Cæſar ſic tibi gratias ago:ut me omnibus re bus a te non ſeruato ſolum ſed etiam ornato:tamen ad tua in me unum innumerabilia merita:quod fieri iam poſſe non arbitrabar magnus hoc tuo facto cumulus acceſſerit.

M.T.C.PRO REGE DEIOTARO.AD.C. CAESAREM ORATIO.

Vm in omnibus cauſis grauioribus .C. Cæſar initio dicendi commoueri ſoleam uehementius q̄ uidetur uel uſus uel ætas meam poſtulare: ta men in hac cauſa ita me multa pturbant:ut q̄tū mea fides ſtudii mihi afferat ad ſalutē regis De iotari defendēdam: tantū mihi facultatis timor detrahat.Primū dico ꝓ capite fortuniſq; regis Deiotari. quod ip ſum ſi nō iniquū ē in tuo dūtaxat periculo. tn̄ eſt ita inuſitatū re gem capitis reū eſſe:ut ante hoc tempus nō ſit auditū. Deinde eū regē quē ornare antea cūcto cū ſenatu ſolebamus perpetuis eius ī noſtrā Rempublicā meritis: nūc contra atrociſſimū crimē cogor defendere . Accedit ut accuſatorū alterius crudelitate : alterius in dignitate perturber. Crudelem Caſtorē ne dicā: an ſceleratum & impiū q nepos auū in diſcrimē capitis adduxerit ?adoleſcentiæq; ſuæ laudē q terrorē intulerit ei cuius ſenectutē tueri & regeṙ debe bat:cōmendationēq; ineūtis ætatis ab impietate & a ſcelere duxe rit?ac cui ſeruū corruptū præmiis ad accuſandū dn̄m implerit?&.

a legatorũ pedibus abduxerit:ʼ fugitiuos aũt dominum accuſan tes & dominũ abſẽtem & dominum amiciſſimum noſtræ reipub lice cũ hos uidebam:cum uerba audiebam: non tam afflictam re giam conditionẽ dolebam:q̃ de fortunis cõmunibus extimeſcebã Nam quom more maiorum de ſeruo in dominum :nec tormẽtis quidem queri liceat : in qua quæſtione dolor elicere ueram uocẽ poſſet:etiam ab inuito extortus eſt ſeruus:qui quem in eculeo ap pellare non poſſet:eũ accuſet ſolutus.ꝑturbat me.C.Cæſar etiam illud interdũ: quod tñ cũ te penitus recognoui timere deſino. re enĩ iniquũ eſt.ſed tua ſapientia fit æquiſſimũ . Nam dicere apud eũ de facinore cõtra cuius uitã conſilium facinoris iniſſe arguere. Si per ſeipſum cõſideres:graue eſt. Nemo enim fere eſt qui ſui pe riculi iudex non ſibi ſe æquiorẽ q̃ reo præbeat.Sed tua Cæſar pre ſtans ſingulariſq; natura hunc mihi metũ minuit . Non enĩ tam timeo quid tu de rege Deiotaro:q̃ intelligo quid de cæteris uelis iudicare. Moueor etiã loci ipſius inſolentia:quod tantam cauſam q̃ta nulla unq̃ in diſceptatione uerſata eſt : dico intra domeſticos parietes:dico extra conuentũ & eam frequentiã in qua oratorum ſtudia niti ſolent. In tuis oculis:in tuo ore uultuq; acquieſco : te unum intueor:ad te unum omnis mea ſpectat oratio : quæ mihi ad ſpem obtinendæ ueritatis grauiſſima ſunt . ad motũ animi & ad omnem impetũ dicendi contentionẽq; leuiora.hanc.n.C. Cæ ſar cauſam ſi in foro dicerẽ:te eodem audiente & diſceptante: quã tam mihi alacritatem Po.ro.concurſus afferret . Quis enim ciuis ei regi nõ faueret:cuius omnẽ ætatẽ in Po.ro.bellis conſumptam eſſe meminiſſet:ʼ Spectarẽ curiã:intuerer forũ:cælũ deniq; teſtarer ipm:ſic cũ & deoꝝ immortaliũ & Po.ro.& ſenatus beneficia in re gem Deiotarũ recordarer:nullo modo mihi deeſſe poſſet oratio. quæ qm anguſtiora parietes faciũt: actioq; maximæ cauſæ debili tatur loco:tuũ Cæſar eſt q ꝓ multis ſepe dixiſti:qd mihi nũc ani mi ſit ad te ipm referre:quo facilius tũ equitas tua:tũ audiendi di ligentia minuat hãc perturbationẽ meã. Sed ante qdẽ q̃ de accuſa tione ipſa dico: de accuſatorũ ſpe pauca dicã:q cũ uideantur neq; ingenio neq; uſu atq; exercitatione rerũ ualere:tamen ad hanc cau ſam nõ ſine aliq̃ ſpe & cogitatione uenerũt.Iratũ te regi Deiotaro

fuiſſe nõ erant neſcii. Affectũ illum quibuſdã incõmodis & detrimentis ꝓpter offenſioné animi tui meminerant: teq; tum huic iratum tũ ſibi amicũ fuiſſe cognouerãt: ꝗq; apud teipſum de tuo periculo dicerent: fore putabãt: ut in exulcerato animo facile fictum crimé inſideret. Quãobrem hoc nos primũ metu Cæſar p fidem & conſtantiã & clementiã tuã libera: ne reſidere in te ullã partem iracundiæ ſuſpicemur. & per dexterã iſtam te oro: quã regi Deiotaro hoſpiti porrexiſti. Iſtã inquã dexterã non tã in bellis & in p̄liis q̃ in promiſſis & fide firmioré. Tu illius domũ inire: tu uetus hoſpitiũ renouare uoluiſti: te eius dii penates acceperũt: te amicũ & placatũ Deiotari regis aræ ſociq; uiderũt. Cum facile orari Cæſar: tũ ſemel exorari ſoles. Nemo unq̃ te placuit inimicus q ullas reſidiſſe in te ſimultatis r̄liquias ſenſerat: q̃q̃ cui ſunt inauditæ cũ Deiotaro querelæ tuæ? Nunq̃ tu illũ accuſauiſti ut hoſté: ſed ut amici officio. paꝝ functũ ꝗ ꝓpenſior ĩ. Cn. Pom. amiciciã fuiſſet q̃ in tuã. Cui tñ ipſi regi ueniã te daturum fuiſſe dicebas: ſi tum auxilia Pompeio: uel ſi etiã filiũ miſiſſet: ipſe tñ ætatis excuſatõne uſus eſſet. Ita cũ maximis eum de rebus liberares: per paruã inimiciciæ culpã relinq̃bas. Itaq; nõ ſolum in eum nõ animaduertiſti: ſed omni metu liberauiſti. hoſpitem agnouiſti. regem reliquiſti. Neq; enim ille odio tui progreſſus eſt: ſed errorem communi lapſus eſt. Is rex quem ſenatus hoc nomine ſæpe honorificentiſſimis decretis appellauiſſet: quiq; eum illum ordinem ab adoleſcentia grauiſſimum ſanctiſſimumque duxiſſet: hiſdem rebus eſt perturbatus homo longinquus & alienigena: quibus nos in media Republica nati ſemperque uerſati. Cum audiret ſenatus conſentientis auctoritate arma ſumpta eſſe conſulibus prætoribus Tribu. Plebis nouis imperatoribus Rempublicam defendendam datam mouebatur animo: & uir huic imperio amiciſſimus de ſalute Populi Romani extimeſcebat: in qua etiam ſuam incluſam eſſe uidebat. In ſummo tamen timore quieſcendum ſibi eſſe arbitrabatur: & maxime uero perturbatus eſt ut audiuit conſules ex Italia profugiſſe: & omnes conſulares. ſic enim nunciabatur cunctũ ſenatum totam Italiam eſſe effuſam. Talibus enim nunciis & rumoribus patebat ad orienté uia. nec ulli ueri nũcii ſubſequebant̃

Nihil ille de conditionibus tuis: nihil de ſtudio concordiæ & pacis: nihil de conſpiratione audiebat cæterorum hominum contra dignitatem tuam. Quæ cum ita eſſent: tamé uſq; eo ſe tenuit quo a Cn. Pompeio ad eum legati litteræq; uenerunt. Ignoſce ignoſce Cæſar: ſi eius uiri auctoritati rex Deiotarus ceſſit: qué nos omnes ſecuti ſumus: in quem cũ dii atq; homines omnia ornamenta có geſſiſſent: tum tu ipſe plurima & maxima. Neq; enim ſi tuæ res geſtæ cæterorum laudibus obſcuritatem attulerunt. Idcirco Cn. Pom. memoriam amiſimus. Quantum nomen illius fuerit: quantæ opes: quanta in omni genere bellorum gloria. quanti honores Po. Ro. quanti ſenatus: quanti tui: quis ignorat? Tanto ille ſuperiores uicerat gloria: quanto tu in omnibus præſtitiſti. Itaq; Cn. Pom. bella: uictorias: triumphos: conſulatus admirantes numerabamus: tuos enumerare non poſſumus. Ad eum igitur rex Deiotarus uenit hoc miſero fatali bello: quem antea iuſtis hoſtilibuſq; bellis adiuuerat: quo cum erat non hoſpitio ſolum: uerumetiã familiaritate coniunctus. & uenit uel rogatus ut amicus: uel accerſitus ut ſotius: uľ uocatus ut is qui ſenatui parere didiciſſet. Poſtremo uenit ut ad fugientem: nó ut ad inſequétem. i. ad periculi nó ad uictoriæ ſocietatem. Itaq; pharſalico prælio facto a Pompeio diſceſſit. ſpem infinitã perſequi noluit idem: uel officio ſi quid debuerat: uel errori ſi quid neſcierat: ſatiſfactũ eſſe duxit. domum ſe contulit. Teq; alexandrinũ bellum gerente utilitatibus tuis paruit. Ille exercitum Cn. Domitii ampliſſimi uiri ſuis tectis & copiis ſuſtentauit. Ille Epheſũ ad eum qué tu ex tuis ciuibus fideliſſimũ & ꝓbatiſſimũ omibus delegiſti: pecuniã miſit. Ille iterũ: ille tertio auctionibus factis pecuniã dedit: q̃ ad bellũ itereris. Ille corpus ſuũ piculo obiecit: tecũq; in acie cótra Pharnacé fuit. tuũq; hoſté duxit eſſe ſuũ. que qdé a te in eã parté accepta ſũt Cæſar: ut eũ ampliſſimo honore & regis nomine affeceris. Is igitur nó a te modo periculo liberatus: ſed etiã honore ampliſſimo ornatus: arguiť te domi ſuæ uoluiſſe interficeř. quod tu niſi eũ furioſiſſimũ iudicas ꝑfecto nó potes ſuſpicari. Vt. n. omittã: cuius tanti ſceleris fuerit in cóſpectu deorũ penatiũ necare hoſpité: cuius tantæ importunitatis omniũ gentiũ atq; omis memoriæ clariſſimũ lumé extigueř

cuius ferocitatis uictorem orbis terrarum nõ extimeſcere: cuius tam inhumani & ingrati animi a quo rex appellatus eſſet: in eũ tyrannum inueniri. Vt hæc omittã: cuius tanti furoris fuit: omnes reges quorũ multi erant finitimi: omnes ſocios: omnes liberos populos: omnes prouintias: omnia deniq; omnium arma contra ſe unũ excitare? Quo nã ille modo cũ regno: cũ domo: cum cõiuge cũ clariſſimo filio diſtractus eſſet: tãto ſcelere non modo perfecto ſed etiã cogitato? At credo hæc homo inconſultus & temerarius nõ uidebat. quis conſideratior illo? quis rectior? quis prudentior qq̃ hoc loco Deiotarum nõ iam ingenio & prudentia: q̃ fide & religione uitæ defendendũ putem. Nota eſt tibi hominis probitas C. Cæſar. noti mores: nota conſtantia. Cui porro qui modo Po. Ro. nomẽ audiuit Deiotari integritas: grauitas: uirtus: fides non audita eſt? Quod igitur facinus nec etiã in hominẽ imprudentẽ cadere poſſit ꝓpter metũ præſentis exitii: nec in facinoroſum: niſi eſſet idem amẽtiſſimus: id uos & a uiro optimo: & ab homine minime ſtulto eſſe cogitatũ confingitis? At qui non modo non credibiliter: ſed ne ſuſpitioſe quidem. Cũ inquit in caſtellum Luceiũ ueniſſes: & domũ regis hoſpitis tui diuertiſſes: locus erat quidam in quo erant ea compoſita: quibus te rex munerare conſtituerat. huc te e balneo priuſq̃ accumberes ducere uolebat? Ibi enim erãt armati ut te interficerent in eo ipſo loco collocati. En crimen. en cauſa: cur regẽ fugitiuus: dominũ ſeruus accuſet. Ego me hercule Ceſar initio cum eſt ad me iſta cauſa delata Philippum medicum ſeruum regium: qui cũ legatus miſſus eſſet: ab iſto adoleſcente ex iſtimaui eſſe corruptũ: hac ſum ſuſpitione perculſus. Ita medicũ indicem ſubornauit. fingit uidelicet aliquod crimen ueneni: & ſi a ueritate longe: tamen a conſuetudine criminandi nõ multũ res abhorrebat. quid ait medicus? nihil de ueneno. At id fieri potuit primum occultius in potione uel in cibo. Deinde etiam impunius ſit. quod cum & factum eſt: factum negari poteſt. Sed ſi palam te interemiſſet: omnium in ſe gentium nõ ſolum odia ſed etiam periculum uł arma conuertiſſet. ſi ueneno. Iouis numẽ illius quidem hoſpitalis nunquam cælare potuiſſet: homines uero fortaſſe cælauiſſet. Quod igitur & conari occultius & efficeř cautius

potuiſſet: id tibi & medico callido & ſeruo ut putabat fideli non credidit:᷃de armis de ferro:de inſidiis cælar̃ te uoluit.At q̈ feſtiue crimen contexitur. Tua te inquit eadem quæ ſæpe fortuna ſerua uit negauiſti tum te inſpicer̃ uelle.quid poſtea:᷃an Deiotarus rex illo tempore perfecta re continuo dimiſit exercitum:᷃Nullus erat alius inſidiandi locus:᷃ad eodem te quó cœnauiſſes rediturũ dixe ras. Itaq3 feciſti. horam unam aut duas eodẽ loco armatos ut col locati fuerant retinere magnum fui cum in cóuiuio comiter & io cunde fuiſſes tum illuc iuiſti ut dixeras .quo in loco Deiotarum talem erga te nouiſti qualis rex Attalus ĩ.P. Affricanum fuit:cui magnificientiſſima dona ut ſcriptum legimus uſq3 ad Numantiã miſit ex Aſia:quæ Affricanus inſpectante exercitu accepit. quod cum preſens Deiotarus regio animo & more feciſſet:tu in cubicu lum diſceſſiſti. Obſecro te Cæſar repete illius temporis memoriã pone ante oculos illum diem:uultus hominum te intuentiũ atq3 admirantium recordare. Num quæ trepidatio:᷃num quis tumul tus:᷃ nunquid niſi moderate:niſi quiete: niſi ex hominis grauiſſi mi & ſanctiſſimi diſciplina:᷃quid igitur cauſæ excogitari poteſt:᷃ cur te lautũ uoluerit :᷃cœnatum noluerit occider̃:᷃in poſterum in quit diem diſtulit :ut cum in caſtellum Luceium uẽtum eſſet:ibi cogitata perficeret .Non uideo cauſam loci mutandi .Sed tamen acta res criminoſe ẽ:cum inquit uomere poſt cœnã uelle dixiſſes: in balneũ te ducere cæperũt.Ibi enim erant inſidie.At te eadẽ tua illa fortuna ſeruauit:in cubiculũ ire te malle dixiſti: Dii te ꝑdant fugitiue.Ita nõ modo neq̃ & improbus:ſed & fatuus & amens es Quid:᷃ille ſigna ænea in inſidiis poſuerat:q̃ e balneo in cubiculũ tranſferri non poſſent:᷃Habes crimina inſidiaꝶ.nihil.n. dixit am plius.Horũ inqt eram cõſcius. Quid tũ:᷃ita demẽs ille erat:ut eũ quẽ conſciũ tanti ſceleris haberet a ſe dimitteret:᷃Romã etiã mitte ret:᷃ubi & inimiciſſimũ ſcire eſſe nepotẽ ſuũ.C.Cæſarẽ cui feciſſet inſidias: præſertim cũ is unus eſſet qui poſſet de abſente ſe uindi care:᷃& fratres meos inqt ꝙ erant conſcii in uincula coniecit . Cũ igit᷃ eos uinceret:quos ſecũ habebat:te ſolũ Romam mittebat: q eadem ſcires q̃ illos ſcire ducis. Reliqua pars accuſationis duplex fuit.una regem ſemper in ſpeculis fuiſſe:cũ a te animo eſſet alieno

Altera exercitum eũ contra te magnum comparaſſe. De exercitu breuiter dicam:ut cæteros. Nunq̃ eas copias rex Deiotarus habu it quibus inferre bellum Po. Ro. poſſet: ſed quibus fines ſuos ab excurſionibus & latrociniis hoſtium tueretur. & imperatoribus noſtris auxilia mitteret. Atq; antea quidem maiores copias alere poterat:nunc exiguas uix tueri poteſt. At miſit at neſcio quẽ Cæ lium. ſed eos quos miſit ꝙ ire noluerunt in uincula coniecit. Nõ quæro q̃ ueriſimile ſit:aut non habuiſſe regem quos mitteret:aut eos qui miſſi eſſent:non paruiſſe: aut qui dicto audiẽtes in tanta re non fuiſſent:eos uictos potiuſq̃ necatos uoluiſſe. Sed tamẽ cũ ad Cælium mittebat:utrũ cauſam illam uictam eſſe neſciebat: an Cælium iſtũ magnũ hominem putabat: Quem ꝓfecto rex is q optime noſtros homines nouit: uel quia non nouiſſet: uel ſi no uiſſet:contemneret: Addidit etiam illud equites nõ optimos mi ſiſſe. Veteres credo Cæſar:nihil ad tuũ equitatũ: ſed miſit ex his quos habuit electos. Ait etiam neſcio quem ex eo numero ſeruũ iudicatum non arbitror:non audiui: ſed in eo etiam ſi accidiſſet: culpam regis nullam arbitrarer fuiſſe. Alieno autem a te animo fuit. Quo modo. Quia ſperauit credo difficiles tibi alexandriæ fore exitus propter regionis naturam & fluminis. At eo tempore ipſo pecuniam dedit:exercitum aluit:ei quẽ Aſiæ præfeceras. nul la in re tibi defuit. Tibi uictori non ſolum ad hoſpitiũ ſed ad pe riculum etiã atq; ad aciem præſto fuit. Secutũ eſt bellũ Africanũ graues de te rumores ſparſi:qui etiam furioſum illum Cæliũ exci tauere. Quo tũ rex erga te animo fuit:qui auctionatus ſit: ſeſeq; expoliare maluerit qui tibi pecuniam non ſubminiſtrare. At eo inquit tempore ipſo Niceam Epheſumq; mittebat: qui rumores Africanos exciperent:& celeriter ad ſe referrent. Itaq; cum eſſet ei nunciatũ Domitiũ naufragio periiſſe: etiã te in caſtello circũſede ri. de Domitio dixit uerſum græcũ eadẽ ſententia qua etiã nos ha bemus latinũ:pereãt amici dũ inimici una ĩtercidãt. ꝙ ſi ille eſſet tibi inimiciſſimus:nũq̃ tñ dixiſſet. Ipſe enim manſuetus ẽ. uerſus immanis. quis aũt Domitio poterat eſſe amicus:qui tibi eſſet ini micus: Tibi porro inimicus cur eſſet a quo cũ uel interfici belli le ge potuiſſet:regem & ſe & filiũ ſuum conſtitutos eſſe meminiſſet

quid deinde furcifer.quo progreditur Ait hac læticia Deiotarum elatum uino ſe obruiſſe: & in conuiuio nudum ſaltauiſſe. Quæ crux huic fugitiuo poteſt ſatis ſupplicii afferre Deiotarum ſaltan tem quiſq̃ aut ebriū uidit unq̃. Omnes ſunt in illo rege uirtutes quod te Cæſar ignorare non arbitror:ſed præcipuæ ſingularis & admiranda frugacitas.& ſi hoc uerbo ſcio laudari reges non ſoleř frugi hominem dici:nō multum habet laudis in rege. fortem .iu ſtum:ſeuerum:grauem:magnanimum:largum:benificum libera lem. Hæ ſunt regiæ laudes:Illa priuata eſt.Vt uolet quiſq; accipi at .Ego tamen frugalitatem.i.modeſtiam & temperantiam uirtu tem eſſe maximā iudico hæc in illo eſt ab ineūte ætate:tum a cun cta Aſia:tum a magiſtratibus legatiſq; noſtris:tum ab equitibus Ro.qui in Aſia negociati ſunt conſpecta & cognita.Multis ille q dem gradibus officiorum erga Rempublicam noſtram ad hoc re gium nomen aſcendit. Sed tamen quicquid a bellis Po.ro. uaca bat:cū hominibus noſtris:cōſuetudines amicicias: res nationeſq; iungebat:ut non ſolum Tetrarcha nobilis:ſed optimus agricola & diligentiſſimus paterfamilias & peculialis haberetur .Qui igit adoleſcens nō de tanta gloria præditus nihil unq̃ niſi ſeueriſſime & grauiſſime fecerit : is ea extimatione atq; ætate ſaltauit Imitari Caſtor potius aui tui mores diſciplinamq; debebas:q̃ optimo & clariſſimo uiro fugitiuo ore maledicere.ꝙ ſi ſaltatorem auum ha buiſſes:neq; eum uirum unde pudoris pudiciciæq; exempla pete rentur:tamen hoc maledictum minime in illam ætatem conueni ret.quibus ille ſtudiis ab ineunte ætate ſe imbuerat.non ſaltandi ſed bene ut armis:optime ut equis uteretur:ea tñ illū cuncta iā exa cta ætate defecerāt .Itaq; cū plures in equū Deiotarū ſuſtuliſſent. quod hærere ī eo ſenex poſſet admirari ſolebamus.Hic uero ado leſcens qui meus in Cilicia miles:in græcia cōmilito fuit:cum in illo nr̃o exercitu eqtaret cum ſuis delectis equitibus quos una cū eo ad Pom.pater miſerat:quos cōcurſus faceř ſolebat:q̃ ſe iactare q̃ ſe oſtentare:q̃ nemini ī ulla cā ſtudio & cupiditate cōcedere:cū uero exercitu amiſſo ego q pacis ſemp auctor fui:poſt pharſalicū aūt ꝑliū ſuaſor armorū nō deponendorū ſed abiciendorū fui hūc ad meā auctoritatem non potui adduceř ꝙ & ipſe ardebat ſtudio

ipſius belli & patri ſatiſfaciēdū eſſe arbitrabatur. Felix iſta domus Caſtoris quæ nō impunitatē ſolū adepta ſit ſed habeat etiam accu ſandi licentiā. calamitoſus Deiotarus: qui & ab eodē qui in caſtris fuerit non modo a peregrinis apud te: ſed a ſuis etiā accuſet͂. Vos ueſtra ſecunda fortuna Caſtor nō poteſtis ſine propinquorum ca lamitate eſſe contenti? Sint ſane inimiciciæ quæ eſſe non debebāt Rex enim Deiotarus ueſtrā familiā deiectā & obſcurā e tenebris in lucem euocauit. quis tuū patrem antea qui eſſet: q̄ cuius gener eſſet: audiuit? Sed q̄uis ingratæ & impiæ neceſſitudinis nomen re pudiaueritis: tamen inimicicias hominum more gerere poteratis nō ficto crimine inſectari: non expetere uitam: nō capitis arceſſere eſto: concedatur: hæc quoq; acerbitatis & odii magnitudo. Adeo ne ut omnia uitæ ſalutiſq; cōmunis: atq; etiam humanitatis iura uiolentur? Seruum ſollicitare uerbis: ſpe: promiſſiſq; corrumpere adducere domum: contra dominū armare: hoc eſt nō uni propin quo. ſed omnibus familiis nepharium bellum indicere. Nam iſta corruptela ſerui ſi nō modo impunita fuerit: ſed etiam a tanta au ctoritate approbata: nulli parietes nr̄am ſalutē: nullæ leges nulla iura cuſtodient. Vbi enim id quod intus eſt atq; noſtrū impune euolare poteſt: contraq; nos pugnare. fit in dominatu ſeruitus: in ſeruitute dominatus. O tempora. O mores. Cn. Domitius ille quem nos pueri conſulem: cenſorem: pontificem maximum uidi mus cū Tri. ple. M. Scaurū principem ciuitatis in iudiciū populi uocauiſſet. Scauriq; ſeruus ad eū clam domū ueniſſet: & crimina in dominū delaturum ſe eſſe dixiſſet: apprehendi hominem iuſſit ad Scaurūq; deduci. Vide quid interſit: & ſi iniq̄ Caſtorē cū Do mitio cōparo. Sed tamen ille inimico ſeruum remiſit. Tu ab auo abduxiſti. Ille incorruptū audire noluit: tu corrupiſti. ille adiuto rem ſeruū cōtra dn̄m repudiauit: tu etiā accuſatorē adhibuiſti. At ſemel iſte eſt corruptus a uobis. Nonne cum eſſet perductus & cum tecum fuiſſet: refugit ad legatos. Nonne etiam ad hunc Cn. Domitium uenit? Nonne audiēte hoc ſeruio Sulpitio clariſſimo uiro: qui tum caſu apud Domitium cœnabat: & hoc Tito Tor quato optimo adoleſcente ſe a te corruptum tuis promiſſis i frau dem impulſum ſe eſſe confeſſus eſt? Quæ eſt iſta tam impudens

tam crudelis:tam immoderata inhumanitas? Idcirco in hãc urbẽ ueniſti:ut huius urbis iura & exempla corrumperes? domeſticaq; tua immanitate noſtræ ciuitatis humanitatem inquinare? At q̃ a cute collecta crimina: Bleſamius inquit: eius enim nomĩe uiri op timi nec tibi ignoti maledicebat tibi. Ad regem inquit ſcriber̃ ſo lebat te inuidioſe tyrannum exiſtimari. Statua inter reges poſita animis hominum uehementer offenſis plaudi non ſolere. Nõne ĩ telligis Cæſar ex urbanis maliuolorum ſermunculis: hæc ab iſtis eſſe collecta Bleſamius tyrãnum Cæſarem ſcriberet? Multorum enim capita ciuium uiderat: multos iuſſu Cæſaris uexatos: uerbe ratos: necatos: mľtas afflictas & euerſas domos. armatis militibus refertum forum. quæ ſemper ĩ ciuili uictoria ſenſimus ea te uicto re non uidimus. Solus es inquam. C. Cæſar cuius uictoria ceci dit nemo niſi armatus: & quem nos liberi ĩ ſumma populi roma ni libertate nati non modo non tyrãnum: ſed clementiſſimum in uictoria uidemus ducem. Is Bleſamio qui uiuit in regno: tyran nus uideri poteſt? Nam de ſtatua qs queritur una præſertim: cũ tam multas uideat? Valde enim inuidendum eſt ſtatuæ eius: cu ius trophæis non inuidemus. Nam ſi locus affert inuidiam: nul lus locus eſt ad ſtatuam quidem roſtris clarior. De plauſu autem quid reſpondeam? qui nec deſideratus unq̃ a te eſt: & nõnunq̃ ob ſtupefactis omnibus ipſa admiratione compreſſus eſt: & fortaſſe eo prætermiſſus: quia nihil uulgare te dignum uideri poteſt. Ni hil a me arbitror prætermiſſum: ſed aliquid ad extremã cauſæ par tem reſeruatũ. Id aũt aliquid eſt: te ut plane recõciliet Deiotaro re gi oratio mea. Nõ enim iã metuo ne illi tu ſuccenſeas. Illud uere or: ne illũ tibi ſuccenſere aliquid ſuſpiceris. quod abeſt lõgiſſime mihi crede Cæſar: quid enĩ retineat per te meminit: nõ quid amĩ ſerit. neq; ſe a te mulctãdũ eſſe arbitratur: ſed cũ exiſtimaret a mul tis tibi multa eſſe tribuẽda: quæ minus aſſequi in altera parte po tuiſſet: ea ſumere ab illo nõ recuſauit. Etenim ſi Antiochus mag nus ille rex Aſiæ. quũ poſtea q̃ a Scipione deuictus Tauro tenus regnare iuſſus eſſet omnemq; hanc Aſiã quã nũc nr̃i prouintiã fe cerũt amiſiſſet: dicere eſt ſolitus benigne ſibi a po. ro. eſſe factũ. ꝙ nimis magna ꝓcuratõne liberatus modicis regni terminis uteret̃

poteſt multo facilius ſe Deiotarus cōſolari . ille enim furoris mul ctam ſubierat: hic erroris omnia tu Deiotaro Cæſar tribuiſti: cū & ipſi & filio regnum conceſſiſti. Hoc nomine retento atq; conſer uato nullum beneficium Po. Ro. nullum iudicium de ſe ſenatus imminutum putat: magno animo & erecto eſt: nec uuq̄ ſuccum bet inimicis: ne fortunæ quidem. multa ſe arbitratur & peperiſſe antea factis: & habere in animo atq; uirtute quæ nullo modo poſ ſit amitteř Quæ enī fortuna? aut quis caſus? aut quæ tanta poſſit iniuria omnium imperatorū de Deiotaro decreta delere? Ab om nibus enim eſt ornatus: qui poſtea q̄ in caſtris eſſe potuit per æta tem: in Aſia in Capadocia Ponto Cilicia Syria bella geſſerūt. Se natus uero iudicia de illo tam multa tamq; honorifica: quæ pub licis Po. Ro. litteris monumentiſq; conſignata ſunt: quæ unquā uetuſtas obruet? aut quæ tanta delebit obliuio? Quid de uirtute eius dicam? Quid de magnitudine animi: grauitate: conſtantia? quæ omnes docti atq; ſapientes ſumma quidam etiam ſola bona eſſe dixerūt: hiſq; non modo ab bene ſed etiam ad beate uiuendū contentam eſſe uirtutem. Hæc ille reputans & dies & noctes cogi tans non modo tibi non ſuccenſet (eſſet enim nō ſolum ingratus ſed etiam amens) uerum omnem trāquillitatem & quieté ſenectu tis refert acceptam clementiæ tuæ: Quo quidem animo cum an tea fuerit: tamen non dubito quin tuis litteris: quarum exemplū legi: quas ad eum Tarracone huic Bleſamio dediſti ſe magis etiā erexerit: ab omniq; ſollicitudine abſtraxerit. Iubes enim eum ſpe rare bene & bono eſſe animo: quod ſcio te non fruſtra ſcribere ſo lere. Memini enim hiſdem fere uerbis ad me te ſcribere: meq; tuis litteris bene ſperare nō fruſtra eſſe iuſſum. Labore equidem regis Deiotari cauſa: quod cum mihi amiciciam Reſpublica cōciliauit hoſpitium uoluntas utriuſq; coniunxit. familiaritatem conſuetu do attulit. ſummam uero neceſſitudinem magna eius officia & in me & in exercitum meum effecerunt. Sed cum de illo laboro: tū de multis ampliſſimis uiris: quibus ſemel ignotum a te eſſe opor tet. nec tuum beneficium in dubium uocari: nec habere in animis hominum ſollicitudinem ſempiternam: nec accidere ut quiſq̄ te timere incipiat eorū qui ſunt a te ſemel liberati timoř. Nō debeo

C.Cæſar quod fieri ſolet in tantis periculis tentare: quonam modo dicendo miſericordiam tuam commouere poſſim. nihil enim eſt opus. Occurrere ſolet ſupplicibus ipſa & calamitoſis nullius oratione euocata. Propone tibi duos reges: & id animo contemplare quod oculis non potes. Dabis profecto miſericordie: quod iracundiæ denegaſti. Multa ſunt tuæ clementiæ monumenta: Si maxime eorum incolumitates quibus ſalutem dediſti. Quæ ſi in priuatis glorioſa ſunt: multomagis cõmemorabuntur in regibus Semper enim regium nomen in hac ciuitate ſanctum fuit. ſociorum uero regum & amicorum ſanctiſſimum. Quod nomen hi reges ne amitterent: timuerunt te uictore. Retentum uero a te & confirmatum: poſteris etiam ſuis tradituros eſſe cõfido. Corpora uero ſua pro ſalute regum ſuorum hi legati regii tibi tradunt. Hieras & Bleſamius & Antigonus tibi nobiſq; omnibus iam diu noti eademq; fide & uirtute præditus Dorilaus: qui nuper cum Hiera legatus eſt ad te miſſus: tum regum amiciſſimi: tum tibi etiam ut ſpero probati. Exquire de Bleſamio: num quid ad regem contra dignitatem miſericordiamq; tuam ſcripſerit. Hieras quidem cauſam omnem ſuſcipit: & criminibus illis pro rege ſe ſupponit reũ. memoriam tuam implorat: qua uales plurimum. Negat unquã ſe a te in Deiotari tetarchia pede diſceſſiſſe. In primis finibus tibi ſe præſto fuiſſe dicit: uſque ad ultimos proſecutum. Cũ e balneo exiſſes tecum ſe fuiſſe. Cum illa munera inſpexiſſes cœnatus: tum in cubiculo recubuiſſes: eandemq; aſſiduitatem tibi ſe præbuiſſe poſtridie. Quamobrem ſi quid eorum quæ obiecta ſunt: cogitatum ſit: non recuſat quin id facinus ſuum iudices. Quocirca. C. Cæſar uelim exiſtimes hodierna die ſententiam tuam: aut cũ ſummo dedecore miſerrimam peſtem importaturam eſſe regibus: aut incolumem famam cum ſalute. Quorum alterum optare illorũ crudelitatis eſt: alterum conſeruare clementiæ tuæ.

INVECTIVA.C.SALLVSTII :IN CICERONEM

Rauiter & iniquo animo maledicta tua paterer
M.Tulli ſi te ſcirē iudicio magis q̃ morbo ani
mi petulantia iſta uti . Sed cum ī te neq; modū
neq; modeſtiam ullam animaduerto. Reſpōde
bo tibi:ut ſi quā maledicendo uoluptatem cepi
ſti: eā male audiēdo amittas:ubi quærar? quos
implorem.P.C.diripi Rempu.atq; audaciſſimo cuiq; eſſe ꝑfidiæ
locum:an apud Po.ro.qui ita corruptus eſt largitionibus ut ſeſe
ac fortunas ſuas uenales habeat .An apud uos.P.C. quorum au
ctoritas turpiſſimo cuiq; ludibrio eſt.Vbi.M.Tul. leges iudicia
Po.ro.defendit atq; in ordine ita moderatur quaſi unus reliquus
ex familia uiri clariſſimi Scipionis Afri. ac nō reptitius accitus ac
pauloāte inſitus huic urbi ciuis an uero.M. Tulli facta tua ac di
cta obſcura ſunt?An nō ita a pueritia uixiſti ut nihil flagitioſum
corpori tuo putares quod alteri collibuiſſet: an.ſ. iſtam immode
ratam tuam eloquentiam apud.M.Piſonem non pudiciciæ iactu
ra perdidiciſſe . Itaq; minime mirandum eſt ꝙ eam flagitioſe uen
dicas quam turpiſſime paraſti .Verum ut opinor ſplendor dome
ſticus tibi animos attollit uxor ſacrilega ac periuriis nobilitata:fi
lia matri pellex tibi iocundior atq; obſequentior q̃ parenti par eſt
domum ipſam tuā ui & rapinis funeſtam tibi ac tuis comparaſti:
uidelicet ut nos cōmonefacias q̃ conuerſa Reſpublica ſit .cū in ea
domo habitares homo flagitioſiſſime :quæ.P. Craſſi uiri clariſſi
mi fuit atq; cū hæc ita ſint?Cicero ſe dicit in concilio deorum im
mortalium fuiſſe:inde miſſum huic urbi ciuibuſq; cuſtodē abſq;
carnificis nomine .Qui ciuitatis incōmodū in gloriam ſuā ponit
quaſi uero nō illius coniuratōnis cauſa fuerit conſulatus tuus. Et
idcirco Reſpublica diſiecta eo tempore quo te cuſtodem habebat
Sed ut opinor illa te magis extollunt quæ poſt conſulatum cum
uxore de Republica conſuluiſti cum legis Plantiæ iudicia domi
faciebatis:ex coniuratis alios pecuniæ condemnabas . Cū tibi ali
us Tuſculanam.alius Pompeianam uillā ædificabat: alius domū
emebat: qui uero nihil poterat hic erat calūniæ ꝓximus : hic aut

domum tuā oppugnatum uenerat:aut inſidias ſenatui fecerat de
niqꝫ de eo tibi compertum erat:quæ ſi tibi falſa obicio redde ratō
nem quāti patrimonii acceperis.Quid tibi litibus accreuerit.qua
ex pecunia domum paraueris Tuſculanum & Pompeianum infi
nito ſumptu exædificaueris? Aut ſi retices cui dubium poteſt eſſe
quin opulentiam iſtam ex ſanguine & miſeriis ciuium paraſti? ue
rum ut opinor homo nouus arpinas ex .M. Craſſi familia illius
uirtutem imitatur.Contemnit ſimultatē hominum nobiliū. Po.
Ro.curam habet:neqꝫ terrore neqꝫ gratia mouet̃ .Illud uero ami
cicia tātum ac uirtus eſt animi:ymmo uero homo leuiſſimus ſup
plex inimicis amicis contumelioſus:modo harum modo illarum
partium:fidus nemini.leuiſſimus ſenator :mercenarius patronus
cuius nulla pars corporis a turpitudine uacat lingua uana manus
rapaciſſime:gula immenſa: pedes fugaces:quæ honeſte nominari
non poſſunt inhoneſtiſſima. Atqꝫ is cum eiuſmodi tamen audet
o fortunatam natam me conſule Romā :Te fortunatam conſule
Cicero ?ymmo uero infelicē & miſeram quæ crudeliſſimā ꝓſcrip
tionem ciuium perpeſſa eſt:cū tu perturbata republica metu ꝑcul
ſos omnes bonos parere crudelitati tuæ cogebas : cum omnia iu
dicia omnes leges in tua libidine erant : cū tu ſublata lege portia
erepta libertate omniū noſtrum uite neciſqꝫ poteſtatem ad te unū
reuocaueras.atqꝫ parū quidem uel parū eſt quod impune feciſti :
uerumetiam commemorando exprobras : neqꝫ licet obliuiſci ius
ſeruitutis ſuæ egeris oro te Cicero feceris quid libet: ſatis eſt ꝑpeſ
ſos eſſe: etiam ne aures noſtras odio tuo onerabis? etiā moleſtiſſi
mis uerbis inſectabere:cedant arma togæ concedat laurea lingue.
Quaſi uero togatus & nō armatus ea quæ gloriaris cōfeceris atqꝫ
inter te Scyllāqꝫ dictatorē præter nomē imperii quicq̄ interfuerit:
ſed q̄d ego plura de tua inſolentia cōmemorē? quæ minerua om̄s
artes edocuit :Iupiter optimus maximus in conciliū deorū admi
ſit Italia exulē humeris ſuis reportauit: oro te Romule arpinas q
egregia tua uirtute om̄es Paulos Fabios Scipiones ſuperaſti quē
tandē locū in hac ciuitat:obtines? q̄ tibi partes.R.P.placent? quē
amicū quē inimicū habes? cui in ciuitate feciſti inſidias :quo iure
de exilio tuo durachio rediſti? cū ſeq̄baris quos tyrannos appella

bas eorũ potentiæ faues q tibi ante optimates uidebant̃ eoſdem dementes ac furioſos uocas. Vatinii cauſã agis de Sextio male ex iſtimas. Bibulũ petulantiſſimis uerbis lædis: laudas Cæſaré qué maxime odiſti: & ei maxime obſequeris aliud ſtans aliud ſedens ſentis de Republica his maledicis illos odiſti leuiſſime tranſfuga neq; in hac neq; in illa parte fidem habens.

M.T.C. RESPONSIO. CONTRA. C. SALLVSTIVM.

A demũ magna uoluptas eſt Criſ. Salluſtii æq̃lem ac parem uerbis uitam agere: neq; quicquã tam obſcenũ dicere: cui non ab initio pueritiæ omni genere facinoris ætas tua reſpondeat: ut omnis oratio moribus conſonet neq; enim qui ita uiuit ut tu aliter ac tu loqui poteſt: neq; qui tam illoto ſermone utitur uita honeſtior eſt. Quo me uertam. P. C. unde initiũ ſumã: maius ení mihi dicendi onus imponit̃ quo notior eſt uterq; noſtrũ: quod ſi aut de mea uita atq; actibus nr̃is huic cõuitiatori reſpódero Inuidia gloriã conſequet̃: aut ſi huius facta mores omné ætaté nudauero: ĩ idem uitiũ incidã ꝑcacitatis quod huic obicio id uos ſi forte offendimini iuſtius huic q̃ mihi ſuccenſere debetis qui initiũ introduxit: ego dabo operã ut & pro me minimo cũ faſtidio reſpondeã & in hũc minime mentitus eſſe uidear. Scio mei. P. C. in reſpondédo nõ habere magnã expectationé ꝙ nullũ uos ſciatis nouũ crimen in Salluſtiũ audituros ſed omnia uetera recogníturos. Quibus & meæ & ueſtræ iã & ipſius aures calent: uerũ eo magis odiſſe debetis hominé qui ne incipiés quidé peccare minimis rebus poſuit rudimentũ: ſed ita ingreſſus eſt ut neq; ab alio uinci poſſit: neq; ipẽ ſe omnino reliqua ætate p̄terire: itaq; nihil aliud ſtudet niſi ut luculentus cũ quouis uolutari lóge uero fallit̃ opinione: nõ ení ꝑcacitate linguæ uitæ ſordes eluunt̃: ſed eſt q̃dã calũnia quã unuſq̃ſq; nr̃m teſtante animo ſuo fert de eo quod falſũ crimé obiectat: ꝙ ſi uita iſtius memoriã uicerit aliã. P. C. nõ ex or̃one ſed ex moribus ſuis ſpectare debebitis: iam dabo operã q̃maxime potero breue ut faciã neq; nr̃a uobis in

tulis erit.P.C.plerunq̃ enim de repu.priuatis creſcit inimicis ubi nemo ciuis qualis ſit uir põt latere. Primũ igit̃ q̃m omniũ maiores Criſ.Salluſtius ad unũ exemplũ & regulã quærit uelim mihi reſpõdeat nunq̃d hi quos ꝓtulit Scipiones & metelli ante fuerũt aut opinionis aut gloriæ q̃ eos res ſuæ geſtæ & uita innocentiſſime acta cõmẽdauit q̃ ſi hoc fuit illis initiũ nominis & dignitatis cur non æque de nobis exiſtimet̃ cuius & res geſtæ illuſtres ſunt & uita integerrime acta:quaſi uero tu ſis ab illis uiris Salluſtii ortus q̃ ſi eſſes:nonnullos iã tuæ turpitudinis pigeret ego meis maioribus uirtute mea præluxi ut ſi prius noti nõ fuerint: a me accipiãt initiũ memoriæ ſuæ tu tuis uita quã turpiter egiſti: magnas offudiſti tenebras ut etiã ſi fuerint egregii ciues certe uenerint in obliuionem:quare noli mihi antiquos uiros obiectare .ſatius eſt enĩ me meis rebus geſtis florere q̃ maiorũ opinione niti & ita uiuere ut ſim poſteris meis nobilitatis initiũ & uirtutis exemplum neq̃ me cũ his cõferre decet.P.C.qui iam deceſſerũt omniq̃ odio carent & inuidia ſed cũ his qui mecũ una in repu.uerſati ſunt:ſed ſi fuerim aut in honoribus petendis nimis ambitioſus :nõ hãc dico popularem ambitionẽ cuius me principem confiteor:ſed illam pernitioſã cõtra leges cuius ꝑmos ordines Salluſtius duxit :aut ĩ gerundis magiſtratibus aut ĩ uindicãdis maleficiis tã ſeuerus aut in repu.tã uigilãs quã tu ꝓſcriptionẽ uocas: credo q̃ nõ om̃s tui ſimiles incolumes in hac urbe uixiſſent: at q̃to meliore loco reſp. ſtaret ſi tu par ac ſimul ſceleſtoꝝ ciuiũ una cum illis ãnumeratus eſſes:an ego tũc falſo ſcripſi cedãt arma togæ:q togatus armatos & pace bellũ oppreſſi:an illud mẽtitus ſum Fortunatã me conſule Romã qui tm̃ inteſtinũ bellũ ac domeſticũ urbis incẽdiũ extinxi neq̃ tui piget te homo leuiſſime :cũ ea culpas q̃ in hiſtoriis mihi gloriæ ducis:an turpius eſt ſcribentẽ mentiri q̃ illũ palam hoc ordine dicentẽ: nã quod in ætatẽ increpuiſti tm̃ me abeſſe puto ab impudicitia q̃tũ tu a pudicitia. Sed quid ego de te plura querar. Quid.n. mentiri turpe dices qui auſus mihi ſis eloquentiã ut uitiũ obicer̃:cuius ſemp nocẽs eguiſti patrocinio:an ullũ exiſtimas poſſe fieri ciuẽ egregium qui nõ his artibus & diſciplinis ſit eruditus : an ulla alia putas rudimenta & incunabula uirtutis quibus

animi ad gloriæ cupiditaté aluntᷣ. Sed minime miꝝ é.P.C. ſi ho mo qui deſidiæ ac luxuriæ plenus ſit hæc ut noua ac inuſitata mi ratᷣ: ná quod iſta inuſitata rabiæ petulanter in uxoré & in filiam meá inuaſiſti: q̄ facilius mulieres ſe a uiris abſtinuerunt q̄ tu uir a uiris ſatis docte ac perite feciſti. nó enim me ſperaſti mutuá tibi gratiá relaturú ut uiciſſim tuos compelleré: unus ení ſatis es mate riæ habens: neq; quicq̄ turpius eſt domi tuæ q̄ tu: multú te uero opinio fallit qui mihi putaſti parare inuidiá ex mea re familiari: quæ multo mihi minor eſt q̄ habere dignus ſum. atq; utiná ne tá ta quidé eſſet q̄ta eſt ut potius amici mei uiuerent q̄ ego teſtamen tis eorú locupletior eſſem: ego fugax Cri. Saluſti furorᷣ tribu. ple. ceſſi: utilius duxi q̄uis fortuná unus experiri q̄ uniuerſo Po. Ro. ciuilis eſſem diſſenſionis cauſa. Qui poſtea q̄ illi ſuú animú í Re publica debacchatus eſſet: omniaq; q̄cúq; cómouerat pace & ocio reſederunt hoc ordine reuocante atq; ipa Repu. manu retrahente me reuerti: qui mihi dies ſi cú omni reliqua uita conferatᷣ animo quidé meo ſup: cú uniuerſi uos populuſq; Ro. frequens aduentu meo gratulatus tanti me fugacé mercenariú patronú hi æſtimaue runt: neq; hercle mirú é ſi ego ſemp iuſtas omniú amicitias exiſti maui. Nó enim uni priuatim ancillatus ſum neq; me addixi: Sed quantú quiſq; Reipu. ſtuduit: tm̄ mihi fuit aut amicus aut aduer ſarius. Ego nihil plus uolui ualere q̄ pacé: multi priuatorú audaci as metuerút: ego nihil timui niſi leges: multi arma ſua timeri uo luerút: ego nunq̄ uolui quicq̄ poſſe mihi præ uobis: multi ex uo bis potentia freti uobis ſuis uiribus abuſi ſunt. Itaq; nó eſt miꝝ ſi nullius amicitia uſus ſum qui nó perpetuo Reipu. amicus fuit neq; me pœnitet ſi aut petenti Vatinio reo patrociniú pollicitus ſum: aut Sextii inſolentiam repreſſi: aut bibuli patientiá culpaui: aut uirtutibus Cæſaris faui: quæ ſi tu mihi ut uicia obicis: temeri tas tua reprehendetur. non mea uicia culpabuntur. Plura diceré ſi apud alios mihi eſſet uiſſerédum. P.C. non apud uos quos ha bui omnium actionum mearum monitores: ſed ubi rerú teſtimo nia aſſunt quid opus eſt uerbisᷣ. nunc ad te ut reuertar Saluſti pa tremq; tuum prætercam qui ſi nunquá in uita ſua peccauit: tamé maiorem iniuriam reipublice facere non potuit q̄ ꝙ te talem filiú

genuit:neq; tu ſi qua in pueritia peccaſti exequar ne parentem tu um uidear accuſare quod eo tempoꝛ ſummam tui poteſtatem ha buit ſed qualem adoleſcentiam egeris hac enim demonſtrata faci le intelligetur q̃ petulanti pueritia q̃ impudicus & procax adole ueris : poſtea q̃ imenſæ gulæ impudiciſſimi corporis queſtus ſuf ficere non potuit & ætas tua ad ea patienda quæ alteri facere colli buiſſet exoluerat cupiditatibus infinitis efferebaris: ut quæ ipſe corpori tuo turpia non dixiſſes in aliis experireris:ita non eſt faci le reputare.P.C. utrum in honeſtioribus corporis partibus rem quæſierit an amiſerit:domum paternam uiuo patre turpiſſime ue nalem habuit uendidit :nec cuiquã dubium eſſe poteſt qui mori coegerit eum : quo nondum mortuo pro herede geſſerit omnia: non pudet a me quærere quis in.P.Craſſi domo habitet cum ip̃e reſpondere nequeat :quis in ipſius habitet paterna domo : at her cle lapſus ætatis tyrocinio poſtea ſe correxit :non ita eſt: ſed abiit in ſodalitium ſacrilegi Nigidiani bis iudicis ad ſubſellia atractus extrema fortuna ſtetit & ita deceſſit ut nõ hic innocens eſſe ſed iu dices peieraſſe extimaretur . Primum honorem in quæſtura adep tus ſecutus eſt hunc locum & hũc ordinem deſpectum: cuius adi tus ſibi quoq; ſordiſſimo hominum patuiſſet . Itaq; timens ne fa cinora eius clamdeſtina clara uobis eſſent cum omnibns matrum familiarium uiris obprobrio eſſet cõfeſſus: confeſſus eſt uobis au dientibus adulterium neq; erubuit ora ueſtra:uixeris ut libet Sa luſti egeris quæ uolueris :ſatis eſt unum te tuorum ſcelerum eſſe conſcium :noli nobis languorem & ſoporem nimium exprobare ſumus diligentes in tuenda pudicitia uxorum noſtrarum:ſed ita experrecti non ſumus ut a te cauere poſſumus:audacia tua uincit ſtudia noſtra .Et quod hunc mouere poſſit factum aut dictũ tur pe quem non puduerit palam uobis audientibus adulterium cõ fiteri:q; ſi nihil pro me tibi reſpondere uoluiſſem ſed illud cenſo rium eloquiũ Appii Claudii &.L.Piſonis palã uniuerſis recitarẽ: nõne tibi uiderer æternas inicere maculas quas reliqua uita tua e luere nõ poſſet:neq; poſt delectũ ſenatus te unq̃ uidimus niſi for te in ea te caſtra cõieciſti quo omnis ſentina reipu.cõfluxerat:atq; idẽ Saluſtius qui in pace nec ſenator quidẽ manſerat :poſtea quã

Reſpublica armis oppreſſa eſt :& idem uictor qui exules reduxit in ſenatū poſt quæſturā reductus eſt :quē honorē ita geſſit ut ni hil uenale nō in eo habuerit cuius aliqs emptor fuerit . Itaq; egit ut nihil æquū atq; uerū duxerit quod ipſi facere collibuiſſet. neq; aliter uexauit ac debuit ſi quis prædē loco accepiſſet magiſtratū : pacta quæſtura poſteaq̄ magna pignora eis dederat cū qbus ſimi litudine uitæ ſe coniūxerat :unus iā ex illo grege uidebat᷑ . Eius enī partis exemplar erat Saluſtius. quod tm̄ in unā uoraginē cœ tus omniū uicioꝝ exceſſerat quicqd impudicorū cillonū parrici darū ſacrilegoꝝ debitorū fuit ī urbe municipiis coloniis Italia to ta ſicut in fretis ſubſederant:nominis perditi ac notatiſſimi nulla in parte caſtis niſi licentia uitiorū ac cupiditate rerū nouarū.at po ſteaq̄ prætor eſt factus:modeſte ſe geſſit & abſtinenter :nonne ita ꝓuintiā uaſtauit ut nihil neq; paſſi ſint neq; expectauerint graui us ſotii nr̄i in bello q̄ expti ſunt in pace:hoc aphricā in terrore ob tinente. Vnde tm̄ hic exhauſit P.C.q̄tum uoluit ne cauſam dice ret .Seſtertio duodecies cū cenſore paciſcit᷑. ꝙ ſi quippiā eorū fal ſum eſt hic palā referre: unde qui non modo ne paternā quidē do mum redimere potueris:repente tanq̄ ſomnio beatos hortos præ cioſiſſimos uillā Tiburtii .C.Cæſaris Reliquas poſſeſſiones para ueris: neq; piguit quærere cur ego P.Craſſi domū emiſſem :cum tu ueteris uille dominus ſis :cuius pauloante fuerit Cæſar modo inquam patrimonio nō comeſo ſed deuorato quibus rationibus repente factus es tam affluens & tam beatus?Nam quis te faceret hæredem?quem ne amicum quidē ſatis honeſtum quiſquam ſibi ducit:niſi ſimilis ac par tui: At hercle egregia facta maiorum tuo rum te extollunt ? quorum ſiue tu ſimilis es:ſiue illi tui nihil ad tuum ſcelus ac nequitiam addi poteſt . Verum ut opinor hono res tui te faciunt inſolentem . Tu Criſ.Salluſti totidem te putas eſſe bis ſenatorem & bis quæſtorem fieri quod bis conſularem & bis triumphalem carere debet omni uitio qui ī alterum dicere pa ratus eſt:demum maledicit qui non poteſt uerum ab alio audire Sed tu omniū menſarū aſſecla omnium cubiculorum ī ætate pel lex:& idē poſtea adulter : omnis ordinis turpitudo & ſimul belli memoria. Quid.n. hoc grauius pati potuimus q̄ ꝙ te incolumē

in hoc ordine uideamus :deſine bonos petulantiſſima conſectari lingua:deſine morbo procacitatis iſto: deſine unumquenq; mori bus tuis æſtimare:his moribus amicum tibi efficere non potes ui deris uelle inimicum habere.Finem dicendi faciam.P.C.ſæpe.n. uidi grauius offendere animos auditorum eos qui aliena flagitia aperte dixere q̃ eos qui commiſere. Mihi quidem ratio habenda eſt nō quæ Saluſtius merito debeat audire:ſed ut ea dicam ſi qua ego honeſte efferri poſſum.

M.T.C. LIBER PRIMVS INVECTIVARVM IN CA TILINAM.

Vouſq; tandem abutere Catilina patientia nr̃a? q̃diu etiam furor iſte tuus nos eludet? quem ad finem ſeſe effrenata iactabit audacia:Nihil ne te nocturnū præſidiū pallatii:nihil urbis uigiliæ: nihil timor populi: nihil cōcurſus bonorū om niū:nihil hic munitiſſimus habēdi ſenatus locus nihil hoꝝ ora uultuſq; mouerunt? patere tua conſilia non ſentis: Conſtrictam iam horū omnium conſciam teneri coniurationem tuam nō uides? quid proxima:quid ſuperiori nocte egeris ubi fu eris:quos conuocaueris:quid conſilii cœperis: quē noſtrū ignora re arbitraris. O tempora:o mores :Senatus hic intelligit:Conſul uidet: hic tamen uiuit.uiuit? ymmo uero & in ſenatum uenit fit publici conſilii participes: Notat & deſignat oculis ad cædē unū quenq; noſtrum:nos autem uiri fortes ſatiſfacere reipublice uide mur:ſi iſtius furorem ac tela uitemus.Ad mortem te Catilina du ci iuſſu conſulis iam pridem oportebat: in te conferri peſtem iſtā quam tu in nos omnes iam diu machinaris:an uero uir ampliſſi mus P.Scipio pōtifex maximus Tiberium Gracchum mediocri ter labefactantem ſtatū reipublice priuatus interfecit: Catilinā ue ro orbem terre cæde ac incendiis uaſtare cupientē nos cōſules ꝑfe remus? Nā illa nimis antiqua prætereo ꝙ Quintus Seruilius Ha la ſpurium Meliū nouis rebus ſtudētē manu ſua occidit: fuit iſta quōdā in hac repu.uirtus ut uiri fortes acrioribus ſuppliciis ciuē ꝑnitioſum q̃ acerbiſſimū hoſtē coercerent.habemus enim ſenatuſ

conſultũ in te Catilina uehemens & graue:non deeſt rei pu.conſi lium neq; auctoritas huius ordinis:nos dico aperte conſules deſu mus .Decreuit quondã ſenatus ut Lucius Opimius cõſul uideret ne quid reſpu.detrimenti caperet:nox nulla interceſſit mox inter fectus eſt propter quaſdã ſeditionũ ſuſpitiones.C. Gracchus cla riſſimo patre natus auitis moribus occiſus ẽ cum liberis Marcus fuluius conſularis ſimili ſenatusconſulto occiſus eſt C. Mario & L.Valerio conſulibus.permiſſa eſt reſpublica. Num unum diem poſtea.L Saturninum Tribunũ plebis & C. Seruilium prætorẽ mors ac reipublice pœna remorata eſt: at nos uiceſimũ iam diem patimur hebeſcere aciem horũ auctoritatis. habemus enĩ huiuſce modi ſenatuſconſultũ:uerũtamen incluſum in tabulis tanq̃ gladi um in uagina reconditum quo ex ſenatuſconſulto ſtatim interfe ctum te eſſe Ca.conuenit :uiuis.uiuis nõ ad deponendã audaciã ſed ad confirmandã . Cupio o patres conſcripti me eſſe clementẽ Cupio in tantis Reipub.periculis nõ me diſſolutũ uideri ſed iam meipſum inertiæ nequitiæq; cõdemno:caſtra ſunt in Italia contra Po.Ro.in hæturiæ faucibus collocata:creſcit indies ſingulus ho ſtium numerus Eorũ autẽ caſtrorum imperatorẽ ducemq; hoſtiũ intra mœnia atq; adeo ĩ Senatu uidemus inteſtinam aquilam per nitiem quotidie Reipub.molientẽ:ſi te iam Ca. comprehẽdi ſi in terfici iuſſero credo uerendũ erit mihi ne nõ potius hic omnes bo ni ſerius a me q̃ qſq̃ crudelius factũ eſſe dicant ·Verumtñ ego hic quod iampridẽ eſſe factũ oportuit certa de cauſa nondũ adducor ut faciã . Tum deniq; interficiã te cũ iã nemo tã improbus tã per ditus tam tui ſimilis inueniri poterit :cui id non iure factum eſſe uideatur q̃diu quiſq̃ erit qui te defẽdere audeat :uiues & uiues ita ut nũc uiuis multis meis preſidiis oppreſſus & obſeſſus ne cõmo uere te contra Rempublicam poſſis.multorũ te etiam oculi & au res non ſentientem ſicut adhuc fecerunt ſpeculabuntur atq; cuſto dient . Etenim quid eſt Catilina quod iam amplius expectes : ſi neq; nox tenebris obſcurare cœtus nepharios nec priuata domus parietibus continere uoces coniurationis tuæ poteſt :ſi illuſtran tur : ſi erumpunt omnia mutato iam mentem iſtam :mihi crede obliuiſcere cædis & incendiorum . Teneris undique . Luce ſunt

clariora tua conſilia nobis omnia:quæ & iam licet mecũ recogno ſcas:meminiſti me ante diem.xii. Kalendas nouembris dicere ĩ ſe natu fore ĩ armis certo die qui dies futurus eſſet ante ſex Kalẽdas nouembris.C.Manlium audaciæ ſatellitem adminiſtrum tuæ fe fellit Ca.non modo res tãta tam atrox tamq; incredibilis uerum id quod multo magis admirandũ dies :᾽Dixi ego idem in ſenatu cædem te optimatum contuliſſe ante diem.v.kalendas nouẽbris. tum cũ multi principes ciuitatis Romæ nõ tam ſui conſeruandi q̃ tutorum cõſiliorum reprimendorum cauſa profugerunt num inficiari potes te illo ipſo de meis præſidiis mea diligentia circum cluſum commouere te contra Rempublicam non potuiſſe:᾽ cum tu diſceſſu cæterorum :noſtra tamen qui remanſiſſemus cæde cõ tentum te eſſe dicebas :quid cum tu te preneſte kalendis ipſis no uembris occupaturum nocturno impetu eſſe confideres.Senſiſti ne illam coloniam meo iuſſu meis præſidiis cuſtodiis uigiliiſque eſſe munitã:᾽nihil agis:᾽nihil moliris:᾽nihil cogitas:᾽quod ego nõ modo audiam:ſed etiã uideã plene :etiã ſentiam :᾽recognoſce tan dem mecum noctẽ illã ſuperiorem:iam intelliges multo me uigi lare acrius ad ſalutem q̃ te ad pernitiem Reipu. dico te priori no cte ueniſſe inter falcarios:nõ agã obſcure in.M.Leccæ domum cõ ueniſſe eodem complures eiuſdẽ amentiæ ſceleriſq; ſotios:num ne gare audes:᾽quid taces conuincã:ſi negas:uideo enim hic ĩ ſenatu quoſdã q tecũ una fuerũt. O dii ĩmortales ubi nã gentiũ ſumus:᾽ in qua urbe uiuimus:᾽quã rẽpu.habemus:᾽Hic hic ſunt modo in numero nr̃o.P.C.in hoc orbis terræ ſanctiſſimo grauiſſimoq; cõ ſilio q de noſtro omniũ interitu q de huius urbis atq; adeo orbis terrarũ exitio cogitẽt:᾽hoſce ego uideo cõſul:& de repu. ſententiã rogo:& quos ferro trucidari oportebat eos nondũ uoce uulnero fuiſti igitur apud Leccam illa nocte Ca.diſtribuiſti partes Italiæ: ſtatuiſti quo ꝓficiſci placeret: delegiſti quos Romæ relinqueres quos tecũ educeres:deſcripſiſti urbis partes ad incẽdia: cõfirmaſti teipſum iã eſſe exiturũ:dixiſti paululũ tibi eſſe etiam nunc more ꝙ ego uiuerẽ.Reperti ſunt duo equites Ro.qui te iſta cura libera rent & ſe illa nocte pauloãte lucẽ me in meo lectulo interfecturos etiã pollicerent᾽:hæc ego omĩa uix dũ cœtu ur̃o dimiſſo comperi

domũ meã maioribus præſidiis muniui atq; firmaui. Excluſi eos quos tu ad me ſalutatum mane miſeras :quos ego iam multis ac ſummis uiris ad me id temporis uenturos eſſe predixeram q̃ cum ita ſint Ca.perge quo cœpiſti.Egredere aliquando ex urbe:patét portæ:ꝓficiſcere nimiũ diu te imperatoré tua illa manliana caſtra deſiderãt.Educ tecũ etiã omnes tuos.Si minus q̃plurimos purga urbem:magno me metu liberabis dũmodo inter te & me murus interſit: nobiſcum uerſari iam diutius non potes.non ferã:nõ patiar:nõ ſinam . Magna diis immortalibus habenda eſt atq; huic ipſi Ioui ſtatori antiquiſſimo cuſtodi huius urbis gratia: ꝙ hanc tam tetrã tam horribilé tamq; infeſtã reipublice peſtem:totiens iã effugimus . Nõ eſt ſæpius in uno homine ſumma ſalus periclitãda Reipublice q̃ diu Ca.mihi conſuli deſignato inſidiatus es: nõ publico me præſidio ſed priuata diligentia defendi : cũ proximis comitiis conſularibus me conſulé in campo Martio & competitores tuos interficere uoluiſti . Compreſſi conatus tuos nepharios: amicorum præſidio & copiis nullo tumultu publice cõcitato : deniq; quotienſcunq; me petiſti per me tibi obſtiti q̃q̃ uidebam perniciem meam cum magna calamitate reipublice eſſe coniunctam nũc iam aperte Rempu.uniuerſã petis.templa deoꝝ immortaliũ tecta urbis:uitã omniũ ciuiũ. Italiã deniq; totã ad exitiũ & uaſtitatem uocas:quare qm̃ id quod primũ eſt & quod huius imperii diſciplinaq; maiorum proprium facere nõdum audeo.faciã quod eſt ad ſecuritatem lenius & ad communem ſalutem utilius : nam ſi te interfici iuſſero :reſidebit in Republica reliqua cõiuratorum manus ſin tu quod te iamdudum hortor exieris exhaurietur ex urbe tuo diſceſſu tuorũ omniũ magna & ꝑnitioſa ſentina Reip. Quid eſt o Ca.num dubitas id me impetrante facere quod iã tua ſponte faciebas? Exire ex urbe conſul iubet hoſtem interrogas me num in exiliũ? nõ iubeo ſi me cõſuli: ſuadeo q̃d ení eſt Ca.quod te iã in hac urbe delectare poſſit? in qua nemo é extra iſtã coniurationem perditorũ hominũ qui te non metuat nemo q te nõ oderit? quæ nota domeſticæ turpitudinis inuſta uitæ tuæ non ineſt quod priuatarum rerum dedecus non hæret infamiæ tuæ? q̃ libido ab oculis? quod facinus a manibus unquã tuis? quod flagitiũ

a toto corpore abſuit:´cui tu adoleſcentulo quem corruptelarum illecebris irretiſſes non aut ad audaciã ferrũ :aut libidinem facem prætuliſti:´ quid uero nuper cum morte ſuperioris uxoris nouis nuptiis domum uacuã feciſſes: nõne etiam incredibili ſcelere hoc ſcelus cumulaſti:quod ego prætermitto & facile patior ſileri ne ĩ hac ciuitate tanti facinoris immanitas aut extitiſſe:aut non uindi cata eſſe uideatur:prætermitto ruinas fortunarum tuarum: quas omnes proximis idibus tibi impendere ſenties ad illa uenio quæ non ad priuatã ignominiã uitiorum tuorũ nõ ad domeſticã tuã facultatem ac turpitudinem:ſed ad ſummã Reipu.atq; ad omniũ noſtrum uitam ſalutẽq; pertinent. Poteſt ne tibi huius uitæ hæc lux Ca.aut huius cœli ſpiritus eſſe iocundus cum ſcias eſſe horũ neminẽ qui neſciat te pridie Kalendas Ianuarii Lepido & Tullio conſulibus ſtetiſſe in comitio cum telo :& manũ conſulũ & prin cipũ ciuitatis interficiendoꝝ cauſa parauiſſe:´Sceleri ac furori tuo nõ mentẽ aliquã aut timorẽ tuũ.ſed fortunã Po.ro. obſtitiſſe:´ at iam illa omitto.neq; eni ſunt aut obſcura aut non multo poſt cõ miſſa:quotiens tu me deſignatũ: quotiens uero me conſulẽ inter ficere conatus es:´quot ego tuas proditiones ita coniectas ut uita ri poſſe nõ uiderent´ parua quadã declinatione & ut aiũt corpore effugi:´nihil agis:nihil aſſequeris:nihil moliris quod me lateã ua leat :neq; tñ conari neq; uelle deſiſtis:quotiẽs iam tibi extorta eſt ſicca iſta de manibus:´quotiens uero excidit caſu aliquo & elapſa eſt:´ tñ ea carere diutius nõ potes.quæ qdẽ quibus abs te initiata ſacris ac deuota ſit neſcio ꝙ eã neceſſe putas in conſulis corpoꝛ de figere.nunc uero q̃ tua ẽ iſta uita:´Sic eni iam tecũ loquar non ut odio permotus eſſe uidear quod debeo:´Sed ut miſericordia que tibi nulla debetur.ueniſti pauloante in ſenatum:quis te ex hac tã ta frequẽtia tot ex tuis amicis ac neceſſariis ſalutauit:´ Si hoc poſt hominum memoriã contigit nemini uocis contumeliã expectas Cũ ſis grauiſſimo iudicio taciturnitatis oppreſſus :´ Quid quod aduentu tuo iſta ſnbſellia uacue facta ſunt :´ Quid quod omnes conſulares qui tibi perſæpe ad cædem conſtituti fuerunt : ſimul atque aſſediſti partem iſtam ſubſelliorum nudam atque inanem reliquerunt . Quo tandem animo hoc tibi ferendum putas:´

Serui me hercules mei ſi me iſto pacto metuerent ut te metuunt omnes ciues tui:domum meam relinquendã putarem :tu tibi ur bem non arbitraris:´& ſi me meis ciuibus iniuria ſuſpectum tam grauiter atq; offenſum uiderem:carere me aſpectu ciuiũ q̃ infeſtis omnium oculis conſpici mallem :tu cũ conſciam ſcelerum tuorũ agnoſcas odium omniũ iuſtum & iam diu tibi debitum:dubitas quorũ mentes ſenſumq; uulneras eorum aſpectus præſẽtiamque uitare:´Si te parentes timerent atq; odiſſent tui neq; eos ulla ratio ne placare poſſes:´ut opinor ab eorũ oculis aliquo cõcederes .nũc te patria quæ cõmunis eſt parens omnium noſtrũ odit atq; metu it .& iam diu de te nihil iudicat niſi de patricidio ſuo cogitare hu ius tu neq; auctoritatem uerebere:´nec iudicium ſequere:´nec uim pertimeſces:´quæ tecum Catilina ſic agit & quodãmodo tacita lo quitur nullum iam aliquot annis facinus extitit niſi per te nullũ flagitiũ ſine te tibi multorũ ciuiũ cædes tibi uexatõ direptioq; ſo tiorũ impunita fuit ac libera:tu non ſolũ ad negligendas leges & quæſtiones: uerũetiam ad deuincendas perfringendaſq; ualuiſti. Superiora illa quanq̃ ferenda nõ fuerũt tuli:tñ ut potui: nunc ue ro me totã eſſe in metu ꝓpter unũ te quicqd increpuerit Catilinã timeri:nullũ uideri contra me conſiliũ iniri poſſe quod a tuo ſce lere abhorreat:nõ eſt ferendũ:Quãobrem diſcede:atq; hunc mihi timorẽ eripe:ſi uerus ẽ:ne oppmar:ſin falſus:ut tandẽ aliqñ timer̃ deſinam:hæc ſi tecum ita ut dixi patria loquatur:nonne impetra re debeat etiam ſi uim adhibere non poſſit :´quid quod te ipſe cu ſtodiam dediſti:´quod uitandæ ſuſpitionis eam apud.M.Lepidũ te habitare uelle dixiſti :´a quo non receptus etiam ad me uenire auſus es:´ atq; ut domi meæ aſſeruarem rogaſti:´cũ a me id quoq; reſponſi tuliſſes me nullo modo poſſe hiſdem parietibus tuto eſſe tecum qui magno in periculo eſſem ꝗ hiſdem mœnibus contine remur : ad.Q.Metellum prætorẽ populi Romani ueniſti:a quo repudiatus ad ſodalem tuum uirum optimum Marcum Marcel lum demigraſti : quem tu & ad cuſtodiendum te diligentiſſimũ & ad ſupplicandum ſagaciſſimum:& ad uindicandum fortiſſimũ ac robuſtum fore putaſti :ſed q̃ longe uidetur a carcere atque uin culis abeſſe debere qui ſeipſum iam dignum cuſtodia iudicauerit

quæ cum ita ſint Ca.dubitas ſi hic morari æquo animo nõ potes abire in aliquas terras & uitã iſtã multis ſuppliciis iuſtis debitiſq; ereptam fugæ ſolitudiniq; mandare:· Refer inquis ad ſenatum.id enim poſtulas & ſi hic ordo ſibi placere decreuerit:· te ire in exiliũ obtemperaturum te eſſe dicis .nõ referam id quod abhorret a me is moribus:ſed tantum faciam ut intelligas quid hi de te ſentiant egredeř ex urbe Ca.libera Rempublicam metu:in exilium ſi hãc uocẽ expectas:ꝓficiſcere:quid eſt Ca. quod attendas: & quid ani maduertis horum ſilentium:· patiuntur tacẽt . Quid expectas au ctoritatem loquentium quorum uoluntatem tacitorum ꝑſpicis:· at ſi hoc idem huic adoleſcenti optimo.P. Sextio ſi fortiſſimo ui ro.M.Marcello dixiſſem iam mihi conſuli hoc ipſo in templo ſe natus iure optimo uim & manus intuliſſet:de te autem Catilina cum quieſcunt probant cum patiuntur decernunt:cum tacent cla mant:neq; hi ſolũ quorũ auctoritas eſt.uidelicet clara uita utiliſſi ma . Sed etiam illi equites Ro.honeſtiſſimi atq; optimi uiri cæte riq; fortiſſimi ciues qui circũſtant ſenatũ.quorum tu & frequenti am uidere & ſtudia ꝑſpicere & uoces pauloante exaudire potuiſti quorꝝ ego uix abs te iam diu manus ac tela contineo eoſdem faci le adducam :ut te hæc quæ uaſtare iam pridem ſtudes relinquẽtẽ uſq; ad portas proſequãtur .Quanq̃ quid loquar:· te ut nulla res frangat:· tu ut nunq̃ te corrigas :· tu ut nullam fugã meditere :· ut tu nullũ exiliũ cogites utinã iſtam mẽtem dii immortales ubi do narent :tam&ſi uideo ſi mea uoce perterritus ire ĩ exilium animũ induxeris . Quãta tempeſtas inuidiæ nobis:ſi minus in præſens tempus recẽti memoria ſcelerũ tuorũ at in poſteritate impendeat: ſed nõ eſt mihi tãti dũmodo iſta tua ſit priuata calamitas & a Rei pu.periculis ſeiungať. Sed tu ut uiciis tuis cõmoueare ut legum pœnas ꝑtimeſcas ut tẽporibus reip.cædas nõ eſt poſtulandũ:neq; enĩ is es Ca. ut te pudor a turpitudine :aut metus a periculo :aut ratio a furore reuocarit.Quãobrem ut ſæpe iã dixi ꝓficiſcere ac ſi mihi inimico ut prædicas tuo cõflare uis inuidiã: recta uia perge in exiliũ:uix ferã ſermones hominũ ſi id feceris:uix molem iſtius inuidiæ ſi ĩ exiliũ iuſſu cõſulis ieris ſuſtinebo.Sin aũt ſeruiř meæ laudi & gloriæ maius:· egredere cũ importuna ſceleratorũ manu.

Confer te ad Manlium concita perditos ciues. Secerne te a bonis Infer patriæ bellū exulta impio latrocinio:ut a me non eiectus ad alienos :ſed inuitatus ad tuos iſſe uidearis: quanq̄ quid ego te in uitem:'a quo iam ſcio eſſe præmiſſos :qui te ad forum Aurelium preſtolarentur armati:cum ſciam iam pactam & conſtitutam cū Manlio diem :a quo etiam aquilam illam argēteam quam tibi ac tuis omnibus confido pernitioſam ac funeſtam futuram,cum do mi tuæ ſacrarium ſcelerum tuorum conſtitutum fuit:ſciam eſſe p̄ miſſam.tu ut illa carere diutius poſſis quam uenerari ad cædē ꝓfi ciſcens ſolebas:a cuius altaribus ſæpe iſtam impiam dexteram ad necem ciuium tranſtuliſti . Ibis tandem aliquando quo te iam ꝑ dem iſta tua cupiditas effrenata ac furioſa rapiebat . Neq; enim ti bi hæc res affert dolorem : ſed quandam incredibilem uoluptatē ad hanc te amentiam natura peperit:uolūtas exercuit:fortuna ſer uauit .Nunquā tu non modo ocium ſed ne bellum quidem niſi nephariam concupiſti.nactus ex perditis atq; ab omni nō modo fortuna uerumetiam ſpe derelictis cōflatam improborum manū: hic tu qua læticia perfruere quibus gaudiis exultabis :'quanta in uoluntate bacchabere .Cum in tanto numero tuorum neq; audi es uirum bonum queq̄ neq; uidebis huius uite ſtudium meditati illi ſunt qui feruntur labores tui iacere humi non ſolum ad obſi dendum ſtuprum:uerumetiā ad facinus obeundum. uigilare nō ſolum inſidiādum ſomno maritorum: uerumetiam bonis occiſo rum .habes ubi oſtentes illam tuam præclaram patientiam famis frigoris inopiæ rerum omnium : quibus te breui tempore confe ctum eſſe ſenties.tātum profeci tum eum te a conſulatu repuli ut exul potius tentare q̄ cōſul uexare Rempublicam poſſes. Atq; ut id quod eſſet a te ſcelerate ſuſceptum latrocinium potius q̄ bellū nominaretur.Nunc ut a me patres conſcripti quandam prope iu ſtam patriæ querimoniam deteſter atq; deprecer:præcipite quæſo diligenter quæ dicam:& ea pœnitus animis ueſtris mentibuſque mandate . Etenim ſi mecum patria quæ mihi uita mea multo eſt carior ſi cūcta Italia :ſi omnes Reſpublice loquant̄ .Marce Tulli quid agis:' Tu ne eum quem eſſe hoſtem comperiſti . Quem du cem belli futurum uides: quem expectari imperatorem in caſtris

hoſtium ſentis:auctorem ſceleris principem coniurationis:euoca torem ſeruorum & ciuium perditorum exiere patieř ut abs te nõ emiſſus ex urbe ſed immiſſus in urbem eſſe uideatur:ʹnonne hũc in uincula duci:ʹnonne ad mortem rapi :ʹnõne ſummo ſupplicio mactari imperabis :ʹQuid tandem te impedit:ʹmos ne maiorum at perſæpe etiam priuati in hac republica pernicioſos ciues morte mulctarunt. an leges:ʹquæ de ciuium Romanorum ſupplicio ro gatæ ſunt:ʹAt nunquã in hac urbe hii qui a Republica defecerũt ciuium iura tenuerunt.An inuidiam poſteritatis times:ʹpræclarã populo Romano refers gratiam qui te hominem per te cognitũ nulla cõmendatione maiorum tam mature ad ſummum imperiũ per oẽs honorum gradus extulit ſi propter inuidiam aut alicu ius periculi metum: ſalutem ciuium tuorum negligis: ſed ſi quis eſt inuidiæ metus :non eſt uehementior ſeueritatis aut fortitudi nis inuidia q̃ inertiæ atq; nequitiæ pertimeſcenda .An cum bello uaſtabitur Italia:ʹuexabuntur urbes:ʹtecta ardebunt:ʹtum te non exiſtimas inuidiæ incendio conflagraturum:ʹhis ego ſanctiſſimis Reipublice uocibus & eorum hominum qui hoc idem ſentiunt mentibus pauca reſpondebo.Ego ſi hoc optimum factum iudica rem.P.C. Catilinam morte mulctari unius uſuram horæ gladia tori iſti ad uiuendum non dediſſem . Etenim ſi ſummi & clariſſi mi uiri Saturnini & Gracchorum & Flacci & ſuperiorum cõpluri um ſanguine non modo ſe non cõtaminarunt:ſed etiam honeſta runt:uerendum mihi nõ erit ne quid hoc parricida ciuium inter fecto inuidiæ mihi in poſteritatem redundaret:ʹꝙ ſi ea mihi max ime impenderet:tamen hoc animo fui ſemper ut inuidiam uirtu te partam:gloriam non inuidiam putarem.Quanq̃ nõnulli ſunt in hoc ordine qui aut ea quæ imminent non uideant:aut ea quæ uident diſſimulẽt:qui ſpem Catilinæ mollibus ſententiis aluerũt Coniurationemq; naſcentem corroborauerunt :quorum auctori tatem ſecuti multi:nõ ſolum improbi:uerumetiam imperiti ſi in hunc animaduertiſſem:ʹcrudeliter non egregie factum eſſe dicerẽt Nunc intelligo ſi iſte quo intendit in Manliana caſtra peruenerit Neminem tam ſtultum fore qui non uideat coniurationem pate factam eſſe:neminem tam improbum qui non fateatur: hoc autẽ

uno interfecto intelligo hanc Reipublice peſtem reprimi:niſi im perpetuum comprimi poſſe. Quod ſi ſe eiecerit ſecumq; eduxerit ſuos & eodem cæteros undiq; collectos naufragos aggregarit: ex tinguetur atq; delebitur: non modo hæc tam adulta Reipublice peſtis uerumetiam ſtirps ac ſemen malorum omnium :quod enĩ iãdiu.P.C.in his periculis coniurationis inſidiiſq; uerſamur.Sed neſcio quo pacto omnium ſcelerum ac ueteris furoris & audaciæ maturitas in noſtri conſulatus tempus eripit. Quod ſi ex tanto latrocinio iſte unus tolletur:uidebimur fortaſſe ad breue quoddã tempus cura & metu eſſe releuati periculum autẽ reſidebit & erit incluſum penitus in uenis atq; in uiſceribus Reipublice ut ſæpe homines ægri morbo graui cum febri æſtuq; iactantur. Si aquã gelidam biberint:primo releuari uidentur deinde multo grauius uehementiuſq; affligantur. Sic hic morbus qui eſt in Republica releuatus iſtius pœna uehementius q̃ uiuis reliquis ingraueſcet. Quare ſecedant improbi:Secernant ſe a bonis. Vnum in locum congregentur:muro deniq; id quod ſæpe iam dixi diſcernantur a nobis. Deſinant inſidiari:domi ſuæ conſuli. Circũſtare tribunal prætoris Vrbani obſidere cum gladius curiam malleolos & faces ad inflammandam urbem comperare. Sit deniq; ſcriptum in frõ te uniuſcuiuſq;. Quid de Republica ſẽtiat polliceor uobis.P.C. tantam in nobis conſulibus fore diligentiam:tantam in uobis au ctoritatem:tantam in equitibus Romanis uirtutem:tantã in om nibus bonis conſenſionem :ut Catilinæ profectione omnia pate facta : illuſtrata oppreſſa uindicata eſſe uideatis. Hiſce omnibus Catilina cum ſumma Reipublice ſalute:cum tua peſte ac pernitie cumq; eorum exitio:qui ſe tecum omni ſcelere parricidioq; iunxe runt proficiſcere ad impium bellum ac nepharium. Tu Iuppiter qui hiſdem quibus hæc urbs condita auſpiciis a Romulo es con ſtitutus:quẽ ſtatorem huius urbis atq; imperii uere nominamus hunc & huius ſotios a tuis aris cæteriſq; templis ac tectis urbis a mœnibus a uita fortuniſq; ciuium omnium arcebis & omnes bo norum inimicos : hoſtes patriæ :latrones Italiæ ſcelerum fœdere inter ſe ac nepharia ſocietate coniunctos æternis ſuppliciis uiuos mortuoſq; mactabis.

M. T. C. LIBER SECVNDVS INVECTIVARVM IN CATILINAM.

Andem aliquando Quirites Luciũ Catilinã furentem audacia ſcelus anhelantem :patriæ peſtẽ nepharie molientem.uobis atq; huic urbi ferrũ flammamq; minitantem ex urbe uel eiecimus: uel emiſimus:uel ipſum egredientem uerbis ꝓſecuti ſumus abiit .exceſſit:euaſit:erupit: nulla iam pernities a monſtro illo atq; prodigio mœnibus ipſis intra mœnia comparabitur? Atq; hunc quidem unum huius belli domeſtici ducem ſine controuerſia uicimus. Non enim iam inter latera noſtra ſicca illa uerſabitur : non in campo:nõ in foro:non in curia:non deniq; inter domeſticos parietes pertimeſcemus loco ille motus eſt:cum eſt ex urbe depulſus:palam iam in hoſtem nullo impediente bellum iuſtum geremus . Sine dubio perdidimus hominem manificeq; uicimus cum illum ex occultis inſidiis in apertum latrocinium coniecimus.Quod uero non cruentum mucronem ut uoluit extulit:ꝙ uiuis nobis egreſſus eſt: ꝙ ei ferrum e manibus extorſimus :ꝙ incolumes ciues ꝙ ſtantem urbem reliquit .Quanto tandem illum mœrore eſſe afflictum & profligatũ putatis? iacet ille nunc proſtratus Quirites? Et ſe perculſum atq; obiectum eſſe ſentit.Et retorquet oculos profecto ſæpe ad hãc urbem quam a ſuis faucibus ereptam eſſe luget.Quæ quidem mihi lætari uidetur ꝙ tantam peſtem euomuerit foraſq; proiecerit. Ac ſi quis eſt talis quales eſſe omnes oportebat qui in hoc ipſo ĩ quo exultat & triumphat oratio mea: me uehemẽter accuſet ꝙ tam capitalem hoſtem non comprehenderim potius q̃ emiſerim? Non eſt iſta culpa mea Quirites ſed temporum:Interfectum eſſe.L.Catilinam & grauiſſimo ſupplicio affectum iam pridem oportebat. Idq; a me & mos maiorum & huius imperii ſeueritas & reſpublica poſtulabat. Sed q̃ multos fuiſſe putetis qui quæ ego deferrem non crederent? q̃ multos qui etiam ſe defenderent :q̃ multos qui propter ſtultitiam non putarent? q̃ multos qui propter improbitatem fauerent.Ac ſi illo ſublato depelli a nobis omne periculum iudicarem. Iam pridẽ ego.L.Catilinam non modo inuidiæ meæ

uerumetiã uitæ periculo ſuſtuliſſem. Sed cũ uiderem ne uobis q
dem omnibus re etiã tũ ꝓbata ſi illũ ut erat meritus morte mul
ctaſſem fore ut eius ſotios inuidia oppreſſus perſequi nõ poſſem
Rem huc deduxi ut tum palã purgare poſſetis cũ hoſtem uidere
tis. Quem quidẽ ego hoſtẽ q̃ uehementer foris eſſe timidum pu
tem. Licet hinc intelligatis ꝙ illud etiã moleſte fero ꝙ ex urbe pa
rum comitatus exierit. Vtinã ille omnes ſecũ ſuos copios eduxiſ
ſet. Tõglium mihi eduxit quẽ amare in prætexta calumnia cœpe
rat Publicum & Numaciũ quorũ æs alienũ contractũ in popinã
nullũ Reipublice metũ afferre poterat. Reliquit quos uiros q̄to
ære alieno: q̃ ualentes q̃ nobiles. Itaqꝫ ego illũ exercitũ ex Gallica
nis legionibus & hæc delectu q̃ in agro piceno & gallico. Q. Me
tellus habuit: & ex copiis quæ a nobis quotidie comparãt̃ mag
nopere cõtemno collectũ ex ſenibus deſperatis: ex agreſti luxuria
ex ruſticis metalli decoctoribus ex his qui uadimonia deſerere q̃
illum exercitũ maluerũt. Quibus ego non modo ſi aciem exerci
tus nr̃i uerumetiã ſi edictũ noſtri prætoris oſtendero concident.
Hos quos uideo uolitare in foro: quos ſtare ad curiã quos etiam
in ſenatum uenire qui nitent unguẽtis: qui fulgent purpura mal
lem ſecum ſuos milites eduxiſſent qui ſi hic permanent memẽto
te tam illũ exercitũ eſſe nobis q̃ hos qui exercitus deſeruerunt ꝑ
timeſcendos. Atqꝫ hic etiã ſunt timendi magis ꝙ quicquid cogi
tent me ſcire ſentiunt: neqꝫ tñ permouentur. Video an ſit Apulia
attributa. Quis habet hætruriã quis agrum picenum: quis Galli
cum: quis ſibi has urbanas inſidias cædis atqꝫ incendiorum depo
poſcerit. Omnia ſuperioris noctis conſilia ad me delata eſſe ſenti
unt: patefeci in Senatu heſterna die Catilina ipſa pertimuit: ꝓfu
git. hi quid expectant? nonne illi uehementer errant ſi illã meam
priſtinã lenitatẽ perpetuã ſperant futuram? Quod expectaui iam
ſum aſſecutus ut uos omnes factã eſſe aperte coniurationẽ contra
Rempu. uideretis: niſi uero ſi quis eſt qui Catilinæ ſimilis cũ Ca
tilina ſentire non putet: non eſt iam lenitati locus. Seueritatem
res ipſa flagitat. Vnum etiam nunc concedam exeant proficiſcan
tur: ne patiantur deſiderio ſui Catilina miſerum tabeſcere. De
monſtrabo iter aureliam uiã profectus eſt. Si accelerare uolẽt ad

ueſperam conſequentur .O fortunatā Rempublicā.ſi quidē hanc
ſentinam huius urbis eiecerit.V no me hercule Catilina exhauſto
releuata mihi ac recreata reſpublica uidetur. Quid enim mali aut
ſceleris fingi aut cogitari poteſt quod nō ille conceperit? Quis to
ta Italia ueneficiis? quis gladiator? quis latro? quis ſiccarius? quis
parricida? quis teſtamentorū ſubiector: quis circumſcriptor? quis
ganeo? quis nepos? quis adulter? quæ mulier īfamis? quis corrup
tor iuuentutis: quis perditus inueniri poteſt qui ſe cum Catilina
nō familiariſſime uixiſſe fateatur? Quæ cædes per hos annos ſine
illo facta eſt? quod nefarium ſtuprū nō per illum? Iam uero quæ
tanta unq̄ in ullo homine illecebra fuit: q̄ta in illo qui alios ama
bat ipſe turpiſſime aliorum amori flagitioſiſſime ſeruiebat. Aliis
fructum libidinum: aliis mortem parentū non modo impellēdo
uerumetiam adiuuando pollicebatur .Nunc uero q̄ ſubito nō ſo
lum ex urbe uerumetiam ex agris ingentem numerū perditorum
hominum collegerat? nemo non modo Romæ ſed ne ullo in an
gulo totius Italiæ oppreſſus ære alieno fuit quem non ad hoc in
credibile ſceleris fœdus adſciuerit . Atq; ut eius diuerſa ſtudia in
diſſimili ratione perſpicere poſſitis: nemo eſt in ludo gladiatorio
paulo ad facinus audacior qui ſe non intimū Catilinæ fateat̃ : ne
mo inſcena leuior & nequior qui ſe non eiuſdem prope ſodalem
fuiſſe cōmemoret: Atq; idem in ſtuprorū & ſcelerum exercitatōne
aſſuefactus frigorī & fame & ſiti & uigiliis ꝑferendis fortis ab iſtis
prædicatur. Cum induſtriæ ſubſidia atq; inſtrumenta uirtutis in
libidine audaciaq; conſumeret . Hūc uero ſi ſecuti erunt ſui comi
tes ſi ex urbe exierint deſperatorum hominum flagitioſiſſimi gre
ges. O nos beatos. O rempublicā fortunatā. O præclarā laudem
conſulatus mei . Iam enim nō ſunt mediocres hominū libidines
nō humanæ & tollerandæ audaciæ: nihil cogitāt niſi cædem : niſi
incendia: niſi rapinas: patrimonia ſua ꝓfuderūt. fortunas ſuas ob
ligauerunt. Res eos iam pridem: fides nuper deficere cœpit . Eadē
tamen illa quæ erat in habundantia libido permanet. Quod ſi in
uino & alea cōmeſſationes ſolum & ſcorta quæreret eſſent illi qui
dem deſperandi ſed tñ eſſent ferendi . Hoc uero quis ferre poſſit:
inertes homines fortiſſimis uiris inſidiari ſtultiſſimos prudētiſſi

mus :ebrios ſobriis:dormientes uigilantibus qui mihi accumbã tes in conuiuiis complexi mulieres impudicas uino languidi :cõ fe ti cibo ſertis redimiti unguẽtis obliti debilitati ſtupris eructãt ſermonibus ſuis cædem bonorum atq; urbis incendia . Quibus ego confido impendere fatum aliquod & pœnam iam diu impro bitati nequitiæ ſcelere libidini debitam aut inſtare iam plane iam certe appropinquare:quos ſi meus conſulatus quoniam ſanarĩ nõ poteſt ſuſtulerit.nõ breue neſcio quod tempus: ſed multa ſæcula propagarit Reipublice. Nulla eſt enim ratio quã pertimeſcamus nullius rex qui bellum Po.Ro.facere poſſit:' Omnia ſũt externa unius uirtute terra mariq; pacata.Domeſticum bellum manet:in tus inſidie ſunt:intus incluſum periculum:Intus eſt hoſtis:Cum luxuria nobis cum amentia cum ſcelere certandum .Huic me bel lo quirites profiteor ducem :ſuſcipio inimiciciam hominum per ditorum quæ ſanari poterant quacunq; ratione ſanabo :quæ reſe canda erunt nõ patiar ad pernitiem ciuitatis manere.Proinde aut exeant aut quieſcant aut ſi & in urbe & in eadem mẽte permanẽt ea quæ merẽtur expectent. At ſunt etiam qui dicunt a me eiectũ in exilium eſſe Catilinã .Quos ego ſi uerbo aſſequi poſſem iſtos eicerem qui hæc loquuntur . Homo uidelicet timidus aut etiam permodeſtus uocem conſulis perferre non potuit : ſimul atque in exilium ire iuſſus eſt paruit : qui heſterna die cum domi meæ pene interfectus eſſem.Senatum in ædem Iouis ſtatoris conuoca ui.Rem omnem ad publicum conſilium detuli :quo cum Catili na ueniſſet:quis eum ſenatorum appellauit:' quis ſalutauit:' quis deniq; non ita deſpexit ut perditum ciuem:' Ac nõ potius impor tuniſſimum hoſtem:' quin etiam prĩceps eius ordinis partem illã ſubſelliorum ad quam ille acceſſerat nudam atq; inanem relique runt :hic ego uehemens ille conſul qui uerbo in exilium ciues ei cio:quæſiui de Catilina an nocturno conuentu apud .M.Leccam fuiſſet nec ne :Cum ille homo audaciſſimus conſcientia cõuictus primo reticuiſſet. Patefeci cætera quid ea nocte egiſſet:ubi fuiſſet Quid in proximam conſtituiſſet : quemadmodum eſſet ei ratio totius belli deſcripta edocui.Cum hæſitaret.cum teneretur: quæ ſiui quid dubitaret proficiſci eo quo iam pridem pararet cũ arma

cum ſecures:cum faſces:cum tubas: cum ſigna militaria :cum ali
quam illam argenteam . Cui etiam ille ſaccarium ſcelerum domi
ſuæ fecerat:ſcirem eſſe præmiſſam in exilium eiciebam quem iam
ingreſſum eſſe in bellum uideam?Etenim credo Manlius iſte cen
turio qui in agro ſeluano caſtra poſuit:bellum populo Romano
ſuo nomine indixit. Et illa caſtra nunc non Catilinam ducem ex
pectant & ille eiectus in exilium ſe Maſſiliam ut aiunt non ĩ hæc
caſtra confert . O conditionem miſeram non modo adminiſtran
dæ uerumetiam conſeruandæ reipublice . Nunc ſi .L.Catilina cõ
ſiliis periculis laboribus meis circumculſus ac debilitatus ſubito
pertimuerit.Sin autem mutauerit deſeruerit ſuos:conſilium belli
faciendi abiecerit .Et ex hoc curſu ſceleris ac belli iter ad fugã adq;
exiliũ conuerterit: nõ ille a me ſpoliatus armis audaciæ.nõ obſtu
pefactus ac ꝑterritus mea diligentia nõ de ſpe conatuq; depulſus
ſed indemnatus innocens in exilium eiectus a conſule ui & minis
eſſe dicetur? Et erunt qui illum ſi hoc fecerit:non improbum ſed
miſerum me non diligentiſſimum conſulem :ſed crudeliſſimũ ty
rannum exiſtimari uelit?Eſt mihi tãti quirites huius inuidiæ fal
ſeq; atq; inique tempeſtatem ſubir̃ dummodo a nobis huius hor
ribilis belli ac nepharii periculum depellat̃. Dicatur ſane eiectus
eſſe a me dummodo eat in exilium . Sed mihi credite non eſt itu
rus :Nunquã ego a diis immortalibus optabo inuidiæ meæ rele
uandæ cauſa ut.L. Catilinam ducere exercitum hoſtium atq; ĩ ar
mis uolitare audiatis.Sed triduo tamen audietis.Multoq; magis
illud timeo ne mihi ſit inuidioſum aliquando quod illum emiſe
rim potius q̃ eiecerim.Sed cum ſint homines qui illum cum pro
fectus ut eiectum eſſe dicãt:hidem ſi interfectus eſſet quid dicerẽt
Quanq̃ iſti qui Catilinam Maſſiliam ire dictitant : non hoc tam
quæruntur q̃ uerentur . Nemo eſt iſtorum tam miſericors qui il
lum non ad Manlium q̃ ad Maſſilienſes ire mallit .Ille autẽ ſi me
hercule quod agit nunquã antea cogitaſſet:tum latrocinantem ſe
interfici mallet q̃ exulem uiuere . Nunc uero cum nihil ei adhuc
præter ipſius uoluntatem cogitationemq; acciderit :niſi ꝙ uiuus
Romam profectus eſt .Optemus potius ut eat in exilium q̃ quæ
ramur . Sed cur tam diu de uno hoſte loquimur ?Et de eo hoſte

qui iam fatetur ſe eſſe hoſtem: & quem quia quod ſemper uolui murus intereſt: timeo de his qui diſſimulant: qui Romæ remanent nihil dicimus: Quos quidem ego ſi ullo modo fieri poſſit non tam ulciſci ſtudeo q̃ ſanare & ipſos placare Reipublice. neq; id quare fieri ullo modo poſſit. ſi audire a me uolent intelligo. Exponam enim uobis ex quibus generibus hominũ iſtæ copiæ compararentur. Deinde ſingulis medicinam conſilii atque orationis meæ ſi quam potero afferam. Vnum genus eſt eorum qui magno ære alieno maiores etiam poſſeſſiones habent quarum amore adducti diſſolui nullo modo poſſunt. Horum hominum ſpecies eſt honeſtiſſima. Sunt enim locupletes: uoluntas uero & cauſa impudentiſſima. tu agris: tu ædificiis: tu argento: tu familia: tu rebus omnibus ornatus & copioſus ſis. & dubites de poſſeſſione detrahere acquirere fidem. Quid enim expectas: bellũ: Quid enim in uaſtitate omnium tuas poſſeſſiones ſacroſanctas futuras putas: aut tabulas nouas. Errant qui iſta a Catilina expectant. Meo beneficio tabulæ nouæ proferuntur uerum auctionariæ. Neque enim iſti qui poſſeſſiones habent alia ratione ſalui ulla eſſe poſſunt. Quod ſi maturius facere uoluiſſent neq; id quod ſtultiſſimum certare cum uſuris fructibus præſidiorum: & locupletioribus & melioribus ciuibus uteremur. Sed hoſce homines minime puto pertimeſcendos: ꝓ aut deduci de ſententia poſſunt aut ſi permanebunt: magis mihi uidentur non tam facturi contra Rempublicam q̃ arma laturi. Alterum genus eſt eorum qui quanq̃ premuntur ære alieno: dominationem tamen expectant rerum: potiri uolunt honores quos quieta Republica deſperant perturbata ſe conſequi poſſe arbitrantur. Quibus hæc præcipiẽdum uidetnr unum ſcilicet & idem quod rliquis omnibus ut deſperent id quod conantur ſe conſequi poſſe. Primum omnium ſentiant me ipſum uigilare adeſſe prouidere Reipublice. Deinde magnos animos eſſe in bonis uiris: magnam concordiam: maximam multitudinem: magnas præterea militum copias: deos denique immortales huic inuito populo: clariſſimo imperio: pulcherrimæ urbi cõtra tantam uim ſceleris præſentes auxilium eſſe laturos. Qui ſint iam id quod ſummo furore cupiũt adepti. Nũ

illi in cinere urbis & in ſanguine ciuiũ quæ mente ſcelerata ac ne pharia concupierunt. Conſules ſe aut dictatores aut etiã reges ſpe rant futuros: non uident id ſe cupere quod ſi adepti ſint fugitiuo alicui aut gladiatori ſit neceſſe concedi. Tertiũ genus eſt: ætate iã affectũ: ſed tñ exercitatione robuſtũ quo ex genere iſte eſt manli us cui nunc Catilina ſuccedit hi ſunt homines ex his coloniis q̃s feſulis Scylla conſtituit. Quas ego uniuerſas ciuiũ eſſe optimoꝝ & fortiſſimorũ uirorũ ſentio. Sed tñ hi ſunt coloni qui ſe inſpera tis & repentinis pecuniis ſumptuoſius inſolentiuſq; iactarũt. Hi dũ ædificãt tanq̃ beati dũ prædiis lectis familiis magnis cõuiuiis apparatis delectantur: in tm̃ æs alienũ inciderũt ut ſi ſalui eſſe ue lint Scylla ſit ab inferis excitãdus. Qui etiã nõnullos agreſtes ho mines tenues atq; egẽtes in eandẽ illã ſpem rapinarũ ueterũ impu lerũt: quos ego utroſq; in eodẽ genere p̃datorũ direptorumq; po no: ſed eos hoc modo moneo: deſinant furere ꝓſcriptiones & di ctaturas cogitare. Tantus. n. illorũ temporũ dolor inuſtus eſt ci uitati ut iam non modo homines ſed ne pecudes quidem paſſure eſſe uideantur. Quartũ genus eſt ſane uarium & in iſtum & tur bulentum: qui iam pridem præmuntur qui nunq̃ emergant qui partim inertia: partim malegerendo negocio: partim etiam ſump tibus in uetere ære alieno uacillant: qui uadimoniis iudiciis pro ſcriptione bonorum defatigati permulti ex urbe & ex agris ſe ad illa caſtra conferre dicuntur. Hoſce ego non tam milites acres q̃ inficiatores leues eſſe arbitror: qui homines primum ſi ſtare non poſſunt: corruant: ſed ita ut non modo ciuitas: ſed ne uicini qui dem proximi ſentiant. Nam illud non intelligo: quamobrem ſi honeſte uiuere non poſſunt perire turpiter uelint: aut cũ minore dolore perituros ſe cũ multis q̃ ſi ſoli pereunt arbitrent̃. Quintũ genus eſt parricidarum Siccariorum. deniq; omnium facinoroſo rum quos a Catilina non reuoco: nam neq; ab eo diuelli poſſunt & pereant ſane in latrocinio: quoniã ſunt ita multi ut eos carcer capere non poſſit. Poſtremum autem genus eſt nõ ſolum nume ro ſed etiam genere ip̃o atq; uita quod proprium Catilinæ eſt de eius delitiis: ymmo uero de complexu eius ac ſinu quos pexo ca pillo nitidos: aut imberbes aut quãdo barbatos uidetis maicatis

& ſtrictis tunicis: & talaribus uelis amictos non togis. quorum omnis induſtria uitæ :& uigilandi labor in anteculanis cœnis ex primitur. In his gregibus aleatores omnes adulteri omnes impu ri impudicique uerſantur. Hi pueri tam lepidi & delicati non ſo lum amare & amari: neque ſaltare & cãtare :ſed etiam ſiccas uibra re & ſpargere uenena didicerunt : qui niſi exeunt niſi pereunt. Eti am ſi Catilina perierit ſcitote in hac Republica ſeminarium Cati linarium futurum. Verumtamen quid ſibi iſti miſeri uolunt? Num ſecum ſuas mulierculas ſunt ĩ caſtra dicturi? Quemadmo dum autem illis carere poterunt his præſertim iam noctibus? Quo autem pacto illi appenninum atque pruinas ac niues perfe rent: niſi idcirco ſe hyemem tolleraturos putant: ꝙ nudi in con uiuiis ſaltare didicerunt. O bellum magnopere pertimeſcendum Cum hanc ſit habiturus Catilina ſcortorum cohertem prætoriã. Inſtituite nunc quirites Romani contra has tam præclaras Cati linæ copias ueſtra præſidia ueſtroſque exercitus. Et primum gla diatori illi confecto & ſaucio conſules imperatoreſque ueſtros op ponite. Deinde contra illam naufragorum eiectam ac debilitatã manum florem totius Italiæ ac robur educite. Iam uero urbes co loniarum ac municipiorum reſpondebunt Cati. Tumulus ſilue ſtribus: neque ego cæteras copias ornamenta præſidia ueſtra cum illius latronis inopia atque egeſtate conferre debeo. Sed ſi omni bus his rebus omiſſis quibus nos ſuppeditamus :eget ille ſenatu equitibus Romanis urbe ærario uectigalibus cuncta Italia pro uintiis omnibus exteris nationibus. Sed his rebus omnibus o miſſis cauſas ipſas quæ inter ſe confligunt contundere uelimus ex eo ipſo q̃ ualde ipſi iacent: intelligere poſſumus. Ex hac enim parte pudor pugnat illinc petulantia: hinc pudicitia: illinc ſtuprũ hinc fides: illinc fraudatio: hinc pietas: illinc ſcelus: hinc cõſtantia illinc furor: hinc honeſtas: illinc turpitudo: hinc cõtinentia: illinc libido: hinc deniq; æquitas: temperantia :fortitudo: prudẽtia :uir tutes oẽs certant cũ iniquitate luxuria ignauia temeritate cũ ui tiis omnibus: poſtremo copiæ cũ egeſtate: bona ratio cũ perdita: mens ſana cũ amentia: bonaq; deniq; ſpes cũ omnium rerũ deſpe ratione confligit. In eiuſmodi certamine ac prælio nonne etiam

ſi hominū ſtudia deficiant dii ipſi immortales cogant ab his p̄cla
riſſimis uirtutibus tot & tāta uicia ſuperari.Quæ cū ita ſint Qui
rites uos quemadmodū iā ante dixi ueſtra tecta uigiliis cuſtodiis
defendite:mihi autem & urbi ſine ueſtro metu ac ſine ullo tumul
tu ſatis eſſe præſidii conſultum atq; prouiſum eſt . Coloni oīes
municipeſq; ueſtri certiores a me facti de hac nocturna excurſio
ne Catilinæ facile urbes ſuas fineſq; defendent Gladiatores quoꝝ
ſibi ille fortiſſimam manum certiſſimāq; fore putauit: q̄q̄ animo
meliore ſunt q̄ pars patritiorum poteſtate tamen ueſtra contine
buntur .Q. Metellus quem ego in agrum Gallicum picenumq;
præmiſi aut opprimet hominē aut omnes eius motus conatuſq;
prohibebit .Reliquis autem de rebus conſtituendis maturandis
agundis iam ad ſenatum referemus :quem uocari uidetis . Nunc
illi qui in urbe remanſerunt atque adeo conturbant urbis ſalutē:
omniumque noſtrum in urbe a Catilina relicti q̄q; ſint hoſtes ta
men quia nati ſunt ciues monitos eos etiā atque etiam uolo.mea
lenitas ſi cui adhuc ſolutior uiſa eſt hoc expectauit :ut quod late
bat erumperet .Quod reliquū eſt iam non poſſum obliuiſci meā
hanc eſſe patriam me horum eſſe conſulem mihi :aut cum his ui
uendum :aut pro his eſſe moriundum : nullus eſt portis cuſtos:
nullus inſidiator uiæ ſi qui exire uolunt: conſulere ſibi poſſunt.
Qui uero ſe in urbe commouerit:cuius ego non modo factū ſed
ne inceptum conatumue contra patriam deprehēdero. Sentiet in
hac urbe eſſe uigilātes:eſſe egregios magiſtratus :eſſe fortem ſena
tum :eſſe arma:eſſe carcerem :quem uindicem nephariorum ſcele
rum maiores noſtri eſſe uoluerunt . Atq; hæc omnia ſic agentur
O quirites Ro.ut maxima res minimo motu pericula ſūma :nul
lo tumultu bellum inteſtinū ac domeſticum poſt hominum me
moriam crudeliſſimum & maximū:me uno togato duce & impe
ratore ſedetur .Quod ego ſic adminiſtrabo: ut ſi ullo modo fieri
poterit :ne improbus quidem quiſq̄ in hac urbe pœnam ſui ſcele
ris ſufferat .Sed ſi uis manifeſtæ audaciæ:ſi impendens patriæ pe
riculum me neceſſario ab hac animi lenitate deduxerit .Illud pro
fecto perficiam:quod ī tanto & tam inſidioſo bello uix optandū
uidetur : ut neque bonus quiſq̄ intereat: paucorumq; pœna uos

omnes iam ſalui eſſe poſſitis: Quæ quidẽ ego neq; mea prudẽtia: neq; cõſiliis humanis fretus polliceor uobis .Q. ſed multis & nõ dubiis deorũ immortaliũ ſignificationibus: quibus ego ducibus in hanc ſpem ſententiamq; ſum ingreſſus .Qui iam non ꝓcul ut quondam ſolebant: ab extero hoſte atq; longinquo: ſed hic pͥſen tes ſuo numine atq; auxilio ſua templa atq; urbis tecta defendent Quos uos quoq; quirites Ro. precari uenerari implorare debetis ut quam urbem florentiſſimam pulcherrimam potentiſſimamq; eſſe uoluerunt. hanc omnibus hoſtium copiis terra mariq; ſupera tis a perditiſſimorum ciuium nephario ſcelere defendant.

M. T. C. INVECTIVARVM IN .L. CATILINAM LIBER TERTIVS.

Empublicam Quirites: uitamq; omnium uͣm bona fortunas: coniuges liberoſq; ueſtros : atq; hoc domicilium clariſſimi imperii fortunatiſſi mam pulcherrimamq; urbem hodierna die deo rum immortalium ſummo erga uos amore : la boribus: conſiliis: periculiſque meis ex flamma atq; ferro: ac pene ex faucibus fati ereptam: & uobis conſeruatam ac reſtitutam uidetis .Et ſi non minus uobis iocũdi atq; illuſtres ſunt hi dies quibus conſeruamur : q̃ illi quibus naſcimur: ꝙ ſalu tis certa lætitia eſt: naſcendi incerta conditio :& ꝙ ſine ſenſu naſci mur: cum uoluptate conſeruamur : profecto quoniam illum Ro mulum qui hanc urbem condidit ad deos immortales beniuolen tia famaq; ſuſtulimus: eſſe apud uos poſteroſque ueſtros in hono re debet dies is qui tandem urbem cõditam amplificatamq; ſerua uit . Nam totis urbis templis delubris tectis ac mœnibus ſubie ctos prope iam ignes circumdatoſq; reſtrinximus . Item gladios in Rempublicam diſtrictos recudimus: mucroneſq; eorum a uigi liis ueſtris reiecimus. Quæ quoniã in Senatu illuſtrata patefacta cõparata ſunt per me: uobis iam exponã breuiter Quirites : ut & q̃ta & q̃ manifeſta & q̃ ratione inueſtigata & cõprehenſa ſint: uos q ignoratis: ex actis ſcire poſſitis. Principio ut Catilina paucis an te diebus ex urbe: cum ſceleris ſui ſotios & huiuſce belli npharii

acerrimos duces Romæ rliquiſſet ſemper uigilaui & prouidi qui rites quemadmodum in tantis & tam abſconditi inſidiis ſalui eſſe poſſemus. Nam cum ex urbe Catilinam eiciebam. non enim iam uereor huius uerbi inuidiam : cum illa magis ſit timẽda ꝙ uiuus exierit: ſed tum cum illum exterminari uolebam aut reliquam cõ iuratorum manum ſimul exituram: aut qui reſtitiſſent infirmos ſine illo ac debiles fore putabam. At ego ut uidi : quos maximo furore & ſcelere inflammatos eſſe ſciebam: eos nobiſcum eſſe & ro mæ remanſiſſe : In eos omnes dies noctеſqꝫ conſumpſi ut qd age rent: quidue molirentur: ſentirem ac uiderem. Vt quoniam auri bus ueſtris propter incredibilem magnitudinem ſceleris minorẽ fidem faceret oratio mea: rem ita comprehenderem: ut tum demũ ſaluti ueſtræ prouideretis: cum oculis maleficium uideretis. Itaqꝫ ut comperi legatos allobrogum belli tranſalpini & tumultus gal lici excitandi cauſa a. P. Lentulo eſſe ſollicitatos: eoſqꝫ in Galliam ad ſuos ciues: eodemqꝫ itinerẽ cum litteris mandatiſqꝫ ad Catilinã eſſe miſſos: comitemqꝫ his adiunctum eſſe Vulturtium: atqꝫ huic eſſe ad Catilinã datas litteras: facultatem mihi oblatam putaui ut quod erat difficillimum : quodqꝫ ego ſemper optabam a diis im mortalibus tota res non ſolum a me: ſed etiam a ſenatu & a uobis manifeſte deprehenderetur. Itaqꝫ heſterno die. L. Flaccum &. C. Pontinum prætores fortiſſimos : atqꝫ amãtiſſimos Reipublice ui ros ad me cõuocaui Rem omnẽ expoſui: quid fieri mihi placeret oſtendi. Illi autem qui omnia de Republica præclara atqꝫ egregia ſentirent: ſine recuſatione: ac ſine ulla mora negociũ ſuſceperunt. Et cum adueſperaſceret: occulte ad pontem miluium peruenerunt Atqꝫ ibi in proximis uillis ita bipartiti fuerunt : ut Tybris inter eos & pons intereſſet. Eodẽ & ipſi ſine cuiuſꝗ ſuſpitione multos fortes uiros eduxerũt. Et ego ex præfectura reatina complures de lectos adoleſcẽtes: quorum opera in Reipublice utor aſſidue præ ſidio: cum gladiis miſeram. Interim tertia fere uigilia exacta cũ iã pontem miluium magno comitatu legati Allobrogũ ingredi in ciperẽt: unaqꝫ Vulturtius: fit ĩ eos impetus : educũtᷣ ab illis gladii & a uris: res erat ꝑtoribus nota ſolis. ignorabatᷣ a cæteris. Tũ iter uentu Próptini atqꝫ Flacci pugna: ꝗ erat cómiſſa ſedatur. Litteræ

quæcũq; erant in eo comitatu integris ſignis prætoribus tradũtᷣ:
Atq; horum omnium ſcelerum improbiſſimum machinatorem Cymbrum Gabinium ſtatim ad me nihil ſuſpicantem uocaui.de inde item accerſitur.L. Statilius: & poſt eũ Cethegus. tardiſſime autem Lentulus ueni.Credo ꝗ in litteris dandis præter conſuetu dinem proxima nocte uigilarat.Cum uero ſummis & clariſſimis huius ciuitatis uiris:qui audita re frequenter ad me mane conue nerant:litteras a me prius aperiri q̃ ad ſenatum referri placeret: ne ſi nihil eſſet inuentum:temere a me tantus tumultus iniectus ci uitati uideretur. Negaui me eſſe facturũ :ut de periculo publico non ad conſiliũ publicũ rem integram deferrem. Etenim quirites ſi ea quæ erant a me delata reperta non eſſent: tamen ego nõ arbi trabar in tantis Reipublice periculis eſſe mihi nimiam diligentiã pertimeſcendam. Senatum frequentem celeriter ut uidiſtis coegi Atq; interea ſtatim admonitu allobrogũ.C. Sulpicium prætorẽ uirum fortem miſi:qui ex ædibus Cethegi: ſi quid telorum eſſet efferret: ex quibus ille maximum ſicarum numerum & gladiorũ extulit.Introduxi Vulturtium ſine Gallis:fidem Reipu. iuſſu ſe natus dedi: Hortatus ſum ut ea quæ ſciret:ſine timore indicaret. Tũ ille dixit. Cũ uix ſe ex magno timore recreaſſet a .P.Lentulo ſe debere ad Catilinã mandata & litteras:ut ſeruorũ præſidio ute retur:& ad urbẽ q̃ primũ cũ exercitu accederet.Id autẽ eo conſilio ut cum urbem omnibus ex partibus quemadmodum deſcriptũ diſtributumq; erat:incendiſſent: cædemq; infinitã ciuium feciſſẽt præſto eſſet ille:qui fugientes exciperet: ac ſe cum his urbanis du cibus coniungeret. Introducti autem Galli iuſiurandum ſibi & litteras a.P.Lentulo Cethego Statilio ad ſuam gentem datas eſſe dixerunt.Atque ita ſibi ab his:& a.L.Caſſio eſſe præſcriptum:ut equitatum in Italiam quã primum mitterẽt;pedeſtres ſibi copias nõ defuturas:Lentulũ autẽ confirmaſſe ex fatis Sibyllinis Aruſpi cumq; reſponſis ſe eſſe tertium illum Cornelium:ad quem regnũ huius urbis atq; imperiũ ꝑuenire eſſet neceſſe:Cinnã ante ſe & ſyl lam fuiſſe: eũdẽq; dixiſſe fatalẽ hũc annũ eſſe ad interitũ huius ur bis atq; imperii: qui eſſet annus decimus poſt uirginũ abſolutio nem:Poſt Capitolii autem incenſionem uiceſimus. Hanc autem

Cethego cum cæteris controuerſiam fuiſſe dixerunt: ꝙ Lentulo & aliis ſaturnalibus cædem fieri: atq; urbem incendi placeret :Ce thego id nimium longum uideri . Et ne longum ſit Quirites ta bulas proferri iuſſimus:quæ a quoq; dicebantur datæ . Primum oſtendimus Cethego Signum cognouit. Nos linum incidimus legimus litteras . Erat ſcriptum ipſius manu & allobrogum ſena tui & populo:ſeſe quæ eorum legatis cõmaſſet:facturum eſſe :ora re ut itidem illi facerent: quæ ſibi eorum legati præcepiſſent. Tũ Cethegus qui pauloante aliquid de gladiis ac ſicis :quæ apud ip ſum erant deprehenſæ:reſpondiſſet dixiſſetq; ſe ſemper bonorum ferramentorum ſtudioſum fuiſſe:recitatis litteris debilitatus atq; abiectus conſcientia conuictus repẽte conticuit . Introductus eſt Statilius cognouit & ſignum & manum ſuam.recitatę ſunt tabel læ in eandem fere ſententiam.cõfeſſus eſt.Tẽ. oſtendi tabellas Lẽ tulo: & quæſiui cognoſceret ne ſignum:annuit.Eſt uero inquam notum ſignũ:ymago aui tui clariſſimi uiri: qui amauit unice pa triam & ciues ſuos:qui quidem te a tanto ſcelere etiam mutare ac remouere debuit. leguntur eandem ratione ad Senatũ allobrogũ populumq; litteræ.ſi qui de his rebus dicere uellet :feci poteſtatẽ Atq; ille primo quidem negauit:poſt autem aliquanto toto Vul turti:iam iudicio expoſito atq; edito ſurrexit : Quæſiui a Gallis quid ſibi eſſet cum his:Quamobrẽ domum ſuam ueniſſent:Itẽq; a Vulturtio:qui cum illi breuiter conſtanterq; reſpondiſſent: per quem ad eum quotienſq; ueniſſẽt: quæſiſſem quæ ab eo nihil ne ſecum de fatis Sybillinis locutus.Tum ille ſubito ſcelere demens quanta conſcientię uis eſſet:oſtendit.Nam id poſſet inficiari infir mareq; repente præter opinionem omnium confeſſus eſt. Ita enĩ illum non modo ingenium illud & dicendi exercitatio:qua ſemp ualuit: ſed etiam propter uim ſceleris manifeſti atq; deprehẽſi im pudentia qua ſuperabat omnes improbitaſq; defecit. Vulturtius uero ſubito litteras proferri:atq; aperiri iuſſit:quas ſibi a Lentulo ad Catilinam datas eſſe dicebat . Atq; ibi uehementiſſime pertur batus Lentulus:tamen & ſignum ſuum cognouit & manũ.Erant autem ſcriptæ ſine nomine:ſed ita :Qui ſim: ex eo quẽ ad te miſi cognoſces cura ut uir ſis: & quem in locum progreſſus ſis:cogita

& uide quid tibi iam ſit neceſſe. Cura ut omnium tibi adiungas auxilia etiam infirmorum Gabinius deinde introductus cum pri mum impudenter reſpondere cœpiſſet: ad extremum nihil ex his quæ Galli inſimulabant: negauit. At mihi quidem Quirites Ro mani cum illa certiſſima ſint uiſa argumenta: atq; indicia ſceleris tabellæ: ſigna: manus: deniq; uniuſcuiuſq; confeſſio: tum multo certiora illa: color oculi uultus: taciturnitas. ſic enim obſtupuerāt ſic terram intuebantur: furti nonnūq̄ inter ſe aſpiciebant: ut non iam ab illis indicari: ſed ipſi ſe indicare uiderentur. Indiciis expo ſitis atq; editis Quir. ſenatum conſuli de ſumma Reipublice ſalu te: quid fieri placeret dictæ ſunt a principibus acerrimæ atq; for tiſſimæ ſententiæ: quas ſenatus ſine ulla uarietate eſt conſecutus. & quoniam nondum eſt perſcriptum S.C. Cum ex memoria uo bis Quirites Romani quid ſenatus cenſuerit: exponam. Primum mihi gratiæ uerbis ampliſſimis aguntur.: quod uirtute: conſilio: prudentia mea Reſpublica periculis maximis ſit liberata. Deinde L. Flaccus &. C. Protinius pater quod eorū opa forti fideliq; uſus eſſem: merito ac iure laudantur. atq; etiam collegæ meo uiro forti laus impartitur: quod eos qui huius coniurationis participes fu iſſent a ſuis & Reipublice conſiliis remouiſſet. Atq; ita cenſuerūt ut P. Lentulus cum ſe prætura abdicaſſet. tum in cuſtodia tradere tur. Itemq; uti Cethegus. L. Sratilius. P. Gabinius: qui omnes p̄ ſentes erant in cuſtodia traderentur. Atq; idem hoc decretum eſt in. L. Caſſium: qui ſibi procuratōnem incendendæ urbis depopo ſcerat: in. M. Cepariū cui ad ſollicitandos paſtores Apulia eſſet at tributa erat idem edictū in. P. Furium qui eſt ex his coloniis: q̄s Feſulas. L. Sylla deduxit: inque Manlium Chilonem qui una cū Furio hoc ſemper erat in hac allobrogū ſollicitudine uerſatus in P. Vmbrenū libertinum hominem: a quo primum gallos ad Ga binium perductos eſſe conſtabat. Atq; ea lenitate ſenatus eſt uſus Quir. Ro. ut ex tanta coniuratione: tantaq; ui ac multitudine do meſticorum hoſtiū: nouem hominum perditiſſimorum pœna re pu. conſeruata: reliquorum mentes ſanari poſſe arbitrarent̃. Atq; etiam ſupplicatio diis immortalibus pro ſingulari eorum merito meo nomine decreta eſt Quirites quod mihi primū poſt urbem

noluit. Proch deum hominũq; fidem quid hoc eſt:quæ eſt hæc
cauſa:quæ hæc impudentia eſt:quæ dico ſigna anteq̃ abs te ſub
lata ſunt.nemo Meſſanam cum imperio uenit:quin uiderit. Tot
prætores:tot conſules in Sicilia:tum in pace:tum etiam in bello
fuerunt:tot homines cuiuſq; modi:non loquor de integris inno
centibus religioſis:tot cupidi:tot improbi:tot audaces quorũ ne
mo ſibi tam uehemens:tam potens:tam nobilis uiſus eſt:qui ex
illo ſacrario quicq̃ poſcere aut tollere aut attingere auderet. Ver
res quod ubiq; erit pulcherrimum auferet:nihil habere præterea
cuiq̃ licebit:tot domus locupletiſſimas domus iſtius una capiet:
Idcirco nemo ſuperiorum attigit:ut iſte tolleret:Ideo.C.Claudi
us Pulcher retulit:ut.C.Verres poſſet auferre: At nõ requirebat
ille cupido lenonis domum ac meretriciam diſciplinam facile illo
ſacrario patrio continebatur.Heio ſe a maioribus relictũ eſſe ſcie
bat an hereditatem ſacrorum non quærebat meretricis heredem.
Sed quid ego tam uehementer inuehor:uerbo iam uno repellar:
emi inquit O dii immortales præclaram defenſionem mercatorẽ
cum imperio ac ſecuribus in prouintiam miſimus:qui omnia ſig
na tabulas pictas:omne argentum aurũ ebur gemmas coemeret:
nihil cuiq̃ relinqueret. Hæc enim mihi ad omnia defenſio patefie
ri uidetur emiſſe. Primum ſi id quod uis tibi ego concedam: ut
emeris quoniam in toto hoc genere hac una defenſione uſurus es
Quero cuiuſmodi tu iudicia Romæ putaris eſſe:ſi tibi hoc quẽq̃
conceſſurum putaſti:te in prætura at imperio:tot res tam precio
ſas omẽs deniq; res quæ alicuius præcii fuerint:tota ex prouintia
coemiſſe. Videte maiorum diligentiam qui nihil dum etiam iſti
us modi ſuſpicabantur:uerũtamen ea quæ paruis in rebus accide
re poterant:prouidebant.Neminẽ qui cũ poteſtate aut in legatio
ne in prouintiam eſſet profectus tam amentem fore putarunt:ut
emeret argentũ: dabatur enim de publico ut ueſtem præbebatur
enim legibus.mancipiũ putauerunt quo & omnes utimur: & nõ
præbet:a populo ſanxerũt ne quis emeret municipium niſi in de
mortui locũ ſi quis Romæ eſſet demortuus:ymmo ſi quis ibidẽ
Non enim te inſtruere domũ tuam uoluerunt in prouintia ſed il
lum uſum prouintiæ ſupplere quæ fuit cauſa cur tam diligenter

nos in ꝓuintiis ab emptionibus remouerent .Hæc iudices quod
pũtabant ereptionem eſſe non emptionem:cum uenditori ſuo ar
bitratu uendere non liceret .I n prouinciis intelligebant ſi is qui
eſſet cum imperio ac poteſtate ꝙ apud quenq; eſſet:emere uellet:
idq; liceret: fore uti quod quiſq; uellet ſiue eſſet uenale : ſiue non
eſſet quanti uellet:auferret .Dicet aliquis noli iſto modo agere cũ
Verre: noli eius facta ad antiquæ religionis rationem exquirere.
concede ut impune emerit modo ut bona ratione emerit nihil ab
inuito:nihil per iniuriam ſic agam.Si quod uenale habuit:Heiuſ
ſi id quanti eſtimabat tanti uendidit deſino quærere cur emeres?
Quid igitur nobis faciundum eſt.num argumentis utendum in
re eiuſmodi quærendum eſt . Cedo Heius iſte num æs alienũ ha
buerit?num auctionem fecerit?ſi fecit num tanta difficultas eum
rei nummarie tenuerit tanta egeſtas:tanta uis oppreſſerit ut ſacra
rium ſuum ſpoliaret?ut deos primos uenderet? At hominem ui
deo auctionem feciſſe nullam.uẽdidiſſe præter fructus ſuos nihil
unq̃. Non modo ære alieno nullo ſed in ſuis nũmis multos eſſe
ac ſemper fuiſſe.Si hæc contra ac dico eſſent omnia: tamen illum
hæc quæ tot annos in familia ſacrarioq; maiorũ fuiſſent: uenditu
rum non fuiſſe .Quid ſi magnitudine pecuniæ perſuaſum eſt ei?
ueriſimile non eſt:ut ille homo tam locuples tã honeſtus religio
ni ſuæ monumentiſq; maiorũ pecuniã anteponeret .Sunt iſta ue
rumtamen abducũt homines nonnũq̃ etiã ab inſtitutis ſuis mag
nitudine pecuniæ .Videamus quanta iſta pecunia fuit quæ potu
erit Heiũ hominem maxime locupletẽ minime auarũ ab humani
tate & pietate ab religione deducere. Ita iuſſiſti opinor ipſum ĩ ta
bulas referre hæc omnia ſigna Praxitelis Myronis Policleti.HS.
vi.mil.Verri uendita ſint. RECITA EX TABVLIS. Iuuant
me hec p̃clara nomina artificũ q̃ iſti ad cælũ ferũt Verris eſtimati
one ſic concidiſſe.cupidinẽ Praxitelis.HS.cc.d.ꝑfecto hinc natũ
eſt:malo emere q̃ rogare . Dicet aliqs qd tu eſtimas iſta ꝑmagno
Ego uero ad meã rationẽ uſũq; nõ extimo. Verũtamẽ a uobis ita
arbitror ſpectari oportere quãti hæc eoꝝ iudicio qui ſtudioſi ſũt
harum rerum eſtimẽtur.q̃ uenire ſoleant . Quanti hæc ipſa ſi pa
lam libereq; uenirent uenire poſſent.deniq; ipſe Verres quãti eſti

met. Nunq̃ enim ſi denariis quadringentis cupidinem illum pu taſſet cõmiſiſſet ut propter eum in ſermonem hominũ atq; in tan tam uituperationem ueniret. Quis ueſtrum igitur neſcit quanti hæc eſtimentur in auctione. Signum æneũ non magnum. S.c. xx. uenire non uidimus? quid ſi uelim nominare homines: q nõ minoris aut etiam pluris emerent: nonne poſſum? Etenim q mo dus eſt in his rebus cupiditatis is eſt eſtimationis. Difficile eſt. n. finem facere precio niſi libidini feceris. Video igitur Heium neq; uoluntate neq; difficultate aliqua temporis neq; magnitudine pe cuniæ adductum eſſe ut hæc ſigna uenderet: teq; iſta ſimulatione emptionis ui metu imperio faſcibus ab homine eo quem una cũ cæteris ſotiis non ſolum poteſtati tuæ ſed etiam fidei Po. ro. com miſerat eripuiſſe atq; abſtuliſſe. Quid mihi tam optandum uide ri poteſt eſſe in hoc crimine q̈ ut hæc eadẽ dicat ipſe Heius? nihil ꝑfecto. Sed ne difficilia optemus Heius eſt Mamertinus. Mamer tina ciuitas iſtum publice cõmuni conſilio ſola laudat omnibus: ipſe cæteris Siculis odio eſt. ab his ſolis amatur. Eius autem lega tionis quæ ad iſtum laudandum miſſa eſt: princeps eſt Heius. Et enim eſt primus ciuitatis ne forte dum publicis mandatis ſeruiat de priuatis iniuriis reticeat. Hæc cum ſcirem & cogitarem cõmiſi cauſam ne inde Heio. produxi autem eum prima actione. neq; id tamen ullo periculo feci. Quid enim poterat Heius reſpondere ſi eſſet improbus? ſi ſui diſſimilis? ſigna illa domi ſuæ eſſe nõ apud Verrem qui poterat quicq̃ eiuſmodi dicere ut homo turpiſſimus eſſet: impudentiſſimeq; mentiretur: hoc diceret illa ſe habuiſſe ue nalia: eaq; ſeſe quanti uoluerit uendidiſſe. Homo domi ſuæ nobi liſſimus q uos de religione ſua ac dignitate uere exiſtimare maxi me uellet primo dixit ſe iſtum publice laudare: ꝙ ſibi ita manda tum eſſet. deinde neq; ſe habuiſſe illa uenalia neq; ulla conditione ſi utrum uellet: liceret: adduci unq̃ potuiſſe ut uẽderet illa quæ in ſacrario ſuo fuiſſent a maioribus ſuis r̄licta & tradita. Quid ſedes Verres? quid expectas? quid te a Centuripina ciuitate a Catinẽſi ab Heliſina Thindaritana Aetinenſi Agyrinenſi cæteriſq; Siciliæ ciuitatibus circumueniri atq; opprimi dicis? Tua te altera patria quẽadmodum dicere ſolebas. Meſſana circumuenit. tua inquam

Meſſana tuorum adiutrix ſcelerum libidinū teſtis predarum atq̧ furtorum receptrix. Adeſt enim uir ampliſſimus eius ciuitatis Legatus huiuſce iudicii cauſa domo miſſus princeps laudatioīs tuæ qui te publice laudat. Id enim mandatū atq̧ imperatum tam etſi rogatus de Cybaea tenetis memoria quid reſponderit: edificatam publicis operis publice coactis Eiq̧ ædificande publice Mamertinum Senatorem prefuiſſe. Idem ad uos priuatum Iud. confluit utimur hac lege qua iudicium eſt communis: arte ſotiorum tam &ſi lex eſt de pecuniis repetundis: ille ſe negat pecuniam repetere quam ereptam non tantopere deſiderat ſacra ſe maiorum ſuorum repetere abſte dicit. deos penates a te primos repoſcit. Et qui pudor? & quæ religio Verres? & qui metus? habitaſti apud Heium Meſſanæ res illum diuinas apud eos deos in ſuo ſacrario prope quotidie facere uidiſti nō mouetur pecunia. Deniq̧ quæ ornamēti cauſa fuerunt: non requirit. habe Canephoros deorum ſimulacra reſtitue. quæ quia dixit quia tempore dato modeſte apud uoſ ſotius amicuſq̧ Po. Ro. quæſtus eſt quia religioni ſuæ nō modo in diis patriis repetundis ſed etiam in ipſo iureiurādo ac teſtimonio proximus fuit hominem miſſū ab iſto ſcitote eſſe Meſſanā de legatis unum illum ipſum qui naui iſtius ædificāde publice præfuit qui a ſenatu peteret ut eius afficeret ignominia. Homo amētiſſime quid putaſti te impetraturum quanti is a ciuibus ſuis fieret? quanti auctoritas eius haberet ignorabas? fac te impetrauiſſe fac aliquid grauius i Heium ſtatuiſſe quantā putas auctoritatem laudationis eorum futuram: ſi in eum quem conſtat uerum ꝑ teſtimonio dixiſſe: penam conſtituerent? tam &ſi que eſt iſta laudatio cum laudator interrogatus ledat neceſſe eſt. Quid iſti laudatores tui nōne teſtes mei ſunt? Heius eſt laudator leſit grauiſſime producam cæteros reticebunt quæ poterunt. libenter dicent: quæ neceſſe erit gratis. Negent iſti onerariam nauem maximam ædificatam eſſe Meſſanæ? negent ei naui faciunde ſenatorem Mamertinum publice præfuiſſe? utinam negent. Sunt etiam cætera quæ modo integra reſeruare uolui: ut quem nummū dem illis temporis ad medicandum confirmandumq̧ periurum. hæc tibi laudatō procedat in numerum. Hi te homines auctoritate ſua ſubleuent

qui te neq; debent adiuuare ſi poſſent :neq; poſſunt ſi uelint :qui bus tu priuatim iniurias plurimas contumeliaſq; impoſuiſti quo in oppido multas familias in perpetuum infames tuis ſtupris fla gitiiſq; feciſti . At publice cõmodaſti non ſine magno quidẽ Rei publice prouintiæq; Sicilie detrimento tritici mod.lx.milia emp ta Po.Romano dare debebant & ſolebant.abs te ſolo remiſſum ẽ Reſpublica detrimẽtum fecit. quod per te imperii ius una in ciui tate imminutum eſt .Siculi ꝙ hoc non de ſumma frumenti detra ctum eſt ſed tranſlatum in Centuripinos & Haleſinos immunes populos & hoc plus impoſitum q̃ ferre poſſent .Nauem imperar̃ ex fœdere debuiſti remiſiſti in triẽnium. militem nullum unquã popoſciſti per tot annos.Feciſti item uti prædones ſolent: qui cũ communes hoſtes ſint:omnium tamen aliquos ſibi inſtituunt a micos:quibus non modo parcant:uerumetiam præda quas auge ant & eos maxime qui habẽt oppidum oportuno loco quo ſæpe adeundum ſit nauibus nonnunq̃ etiã neceſſario.Phaſelis illa quã cepit.P.Seruilius:non fuerat urbs ante Cilicum atq; prædonum Licillam Greci homines incolebant.ſed ꝙ erat eiuſmodi loco atq; ita proiecta in altum ut ea exeuntes ex Cilicia prædones ſæpe ad eam neceſſario deuenirent:& cum ex hiſce ſe locis reciperent:eodẽ deferrentur . Aſciuerunt illud ſibi oppidum pirate primo cõmer ſio:deinde etiam ſocietate.Mamertina ciuitas improba antea non erat.etiam erat inimica improborum quæ.C.Catonis illius q cõ ſul fuit impedimenta retinuit . At enim cuius hominis clariſſimi potentiſſimi quoq; qui cauſam cum Conſ.fuiſſet condemnatus ẽ Ita.C.Cato duorum hominum clariſſimorum nepos.L.Pauli & M.Catonis.P.Africani ſororis filius : quo damnato tum cum ſe uera iudicia fiebãt.HS.xviii.lis eſtimata eſt. Huic Mamertini ira ti non fuerunt qui maiorem ſumptũ q̃ quanti Catonis lis eſtima ta eſt in Timarchidis prandium ſæpe fecerunt . Verum hæc ciui tas iſti p̃doni ac pirate Sicilienſi Phaſelis fuit. Huc omnia undiq; deportabantur apud iſtos relinquebantur. quod cælari oportue rat:habebant ſepoſitum ac reconditum per iſtos quæ uolebat in nauem clam imponenda occulte exportanda curabat. Nauem de nique maximam quam onuſtam furtis in Italiam mitteret: apud

iſtos faciendam ædificandamq; curauit.Pro iſtis rebus uacatio da
ta eſt ab iſto ſumptus laboris militiæ rerum deniq; omnium per
triennium ſoli non modo ĩ Sicilia uerum ut opinio mea fert. his
quidem temporibus ĩ omni orbe terrarũ uacui expertes ſoluti ac
liberi fuerunt ab omni ſumptu moleſtia munere . Hinc illa Ver
reia nata ſunt :ꝙ in conuiuium ſextũ conuiuiũ protrahi iuſſit in
quem Sapphus de manu iacere natus eſt. quem obtorta gula de
conuiuio in uincula atq; in tenebras abripi iuſſit.Hinc illa crux ĩ
quam ciuem Ro.iſte multis inſpectantibus ſuſtulit. quã non au
ſus eſt uſq̃ defigere niſi apud eos :quibus cũ omnia ſcelera ſua ac
latrocinia cõmunicauiſſet.Laudatũ etiã uos quenq̃ uenire audetis
qua auctoritate? utrum quã apud ſenatorium ordinem:an quam
Populum Ro.habere debetis. Et quæ ciuitas eſt non modo in ꝓ
uintiis noſtris:uerum in ultimis nationibus aut tam potens aut
tam libera:aut etiam tam immanis ac barbara? Rex deniq; equis
eſt:qui ſenatorem Populi Ro.tecto ac domo nõ inuitet? qui ho
nos non homini ſolum habetur :ſed primum Populo Ro.cuius
beneficio nos in hunc ordinem uenimus:deinde ordinis auctori
tati quæ niſi grauis erit apud ſotios in exteras nationes : ubi erit
imperii nomen & dignitas? Mamertini me publice non inuitaue
runt me cum dico:leue eſt Senatorem Po.ro. ſi non inuitauerũt:
honorem debitum detraxerunt non homini ſed ordini.Nam ipſi
Tullio patebat domus locupletiſſima & ampliſſima Cn.Pompei
baſiliſci quo etiam ſi eſſet inuitatus a uobis tamẽ diuertiſſet . Erat
etiam Percenniorum qui nũc item Pompei ſunt domus honeſtiſ
ſima qua.L.frater meus ſumma illorum uoluntate diuertit. Sena
tor populi Ro. ꝙ in uobis fuit in ueſtro oppido iacuit :& perno
ctauit in publico.nulla hoc alia ciuitas unq̃ commiſit . Amicum
enim noſtrum in iudicium uocabas. tu quid ego priuatim nego
cii geram interpretabere in minuendo honore ſenatorio? Verum
hæc cum quæremur ſi quid de uobis per eum ordinem agetur q
ordo a uobis adhuc ſolis contemptus eſt . In Po.ro.quidem con
ſpectum:quo ore uos cõmiſiſtis nec prius illam crucem quæ etiã
nunc ciuis Ro.ſanguine redundat que fixa eſt ad portũ urbemq;
ueſtram reuelliſtis:neq; in profundum abieciſtis : locumq; illum

omnem expiatis q̃ Romam atq; in horum conuentum adiretis i Mamertinorum ſolo effœderato atq; pacato monumẽtum iſtius crudelitatis conſtitutum eſt. Veſtra ne urbs electa eſt ad quã cũ adirent ex Italia: crucem ciuis Ro. priuſ q̃ quenq̃ amicum uiderẽt Po. ro. q̃ uos Reginis quorum ciuitati inuidetis. Item incolis ue ſtris ciuibus Ro. oſtendere ſoletis: quominus ſibi arrogent mi nuſq; uos deſpiciant: cum uideant ius ciuitatis illo ſupplicio eſſe mactatum. Verum hæc emiſſe te dicis. quid illa Attalica tota Sici lia nominata ab eodem Heio peripetaſmata emere oblitus eſt? Li cuit eodem modo ut ſigna quid enim actum eſt? an litteris peper ciſti. Verum hominem amentem hoc fugit. minus clarum puta uit fore quod de armario q̃ quod de ſacrario eſſet ablatũ. At quo modo abſtulit? non poſſum dicere planius: q̃ ipſe apud uos dixit Heius. Cum quæſiſſem: nunquid aliud de bonis eius perueniſſet ad Verrem? reſpondit iſtũ ad ſe miſiſſe ut ſibi mitteret agrigentũ peripetaſmata. quæſiui an miſiſſet? reſpondit: id quod neceſſe erat ſcilicet dicto audientem fuiſſe. Preto. miſiſſe. rogaui perueniſſent ne Agrigentum? dixit: perueniſſe quemadmodum reuertiſſent? negauit adhuc reuertiſſe riſus populi atq; admiratio omnium ue ſtrum facta eſt. Hic tibi in mentẽ non uenit. iubere ut hoc quoq; referret. HS. d. ſe tibi uendiſſe. metuiſti ne æs alienũ tibi creſceret. ſi. HS. vi. milibus. d. tibi conſtarent ea quæ tu facile poſſes uende re. HS. ii. cc. milibus fuit tanti mihi credere haberes quod defẽde res. nemo quæreret quanti illa res eſſet: ſi modo te poſſes docere e miſſe. facile cui uelles tuam cauſam & factum probares. Nunc de peripetaſmatis quemadmodũ te expedias: nõ habes. Quid a Phi liarcho & Centuripino homine locuplete & nobili: Phaleras pul cherrime factas quæ regis Hieronis fuiſſe dicuntur utrũ tandẽ ab ſtuliſti: an emiſti? Siciliæ quidem cum eſſem ſic a Cẽturipinis ſic a cæteris audiebam: nõ enim parum res erat clara: tam te has pha leras a Philarcho Centuripino abſtuliſſe dicebant q̃ alias item no biles ab Ariſto Panormitano q̃ tertias a Cratippo Tindaritano. Etenim ſi Philarchus uendidiſſet non ei poſtea q̃ reus factus es: redditurum te promiſiſſes. Quod quia uidiſti plures ſcire cogita ſti ſi ei reddidiſſes te minus inuidiæ habiturũ rem nihilominus

teſtatam futuram nō reddidiſti.dixit Philarchus pro teſtimonio ſe quod noſſet tuum iſtum morbum ut amici tui appellant ſtudi um:cupiſſe te cælaſſe de phaleris cum abſte appellatus eſſet negar̃ habere ſeſe :apud alium quoq; eas habuiſſe depoſitas ne qua inue nirentur:tuam tantam fuiſſe ſagacitatem :ut eas per illum ipſũ in ſpiceres ubi erant depoſite tum ſe deprehenſum negare non potu iſſe ita ab ſe inuito ablatas Phaleras gratis . Iam ut hæc omnia re perire ac perſcrutari ſolitus ſit Iudices.eſt operepreciũ cognoſcere de fratribus Cibiratis. Cibirate ſũt fratres quidam Thepolemus & Hiero.quorum alterum fingere opinor e cera ſolitum eſſe alte rum eſſe pictorem.hoſce opinor Cibire cum in ſuſpitōnem ueniſ ſent ſuis ciuibus fanum expilaſſe Apollinis ueritos pœnam iudi cii ac legis domo profugiſſe quod Verrem artificii ſui cupidum cognouerant. Tum cum iſte id quod ex teſtibus didiciſtis Cibi ram cum manibus ſyngraphis uenerat:domo profugientes ad eũ ſe exules cum iſte eſſet in Aſia:contulerunt. habuit ſecum eos ab illo tempore & in legatōnis prædis atq; furtis multum illorũ ope ra conſilioq; uſus eſt. Hi ſunt illi:qbus in tabulis retulit ſeſe .Q. Tadius dediſſe iuſſu iſtius grecis pictoribus & ſi iam bene cogni tos & reprobatos ſecum in Sicilia duxit quo poſteaq̃ uenerũt:mi randum in modum canes uenaticos diceres. Ita oderabantur om nia & perueſtigabant:ut ubi quicquid eſſet aliqua ratione inueni rent.Aliud in imitando.aliud pollicendo.aliud per ſeruos. aliud per liberos. per amicum aliud. aliud per inimicum inueniebant. quicquid illis placuerat:perdendum erat . Nihil aliud optabant: quorum poſcebatur argentũ:ni ut Hieroni & Thepolemo diſpli ceret .Vere me hercules hoc Iud.dicam: Memini Pamphilum Li lybetanum hoſpitem meum & amicum nobilem hominem mihi narrare cũ iſte ab ſeſe Hidriam Boeti manufactam præclaro opere & grandi pondere per poteſtatem abſtuliſſet: ſe ſane triſtem & cō turbatum domum reuertiſſe : ꝙ uas eiuſmodi quod ſibi a matre & maioribus eſſet relictum quo ſolitus eſſet uti ad feſtos dies ad hoſpitiũ aduentũ a ſe eſſet ablatũ.Cum ſederé inquit domi triſtis accurrit Venerius:iubet me cyphos ſigillatos ad pretorem ſtatim afferre permotus ſum inquit. binos habebã iubeo promi utroſq;

ne quid mali plus naſceretur.& mecum ad prætoris domum ferri
Eo cũ uenio Prætor quieſcebat.fratres illi Cibirate inambulabãt
qui ſimul ut me uiderunt:ubi ſunt Pamphile inquiũt cyphi?oſtẽ
do triſtis laudant.incipio quæri me nihil habiturum quod alicu
ius eſſet præcii ſi etiã cyphi eſſent ablati.Tũ illi ubi me conturba
tum uident quid uis nobis dare iſti ne auferant? abſte? ne multa
HS.co.me inquit dixi daturũ.uocat iterea prætor.cyphos poſcit
tum illos cepiſſe prætori dicere:putaſſe ſe id quod audiſſent alicu
ius præcii cyphos eſſe Pamphili luteũ negociũ eſſe non dignum
quod in ſuo argento Verres haberet .Ait ille idem ſibi uideri. ita
Pamphilus cyphos optimos aufert.Et me hercules ego antea tam
&ſi hoc neſcio quid nugatorium ſciebam eſſe ita intelligere: tamẽ
mirari ſolebam iſtum in his ipſis rebus aliquẽ ſenſum habere quẽ
ſcirẽ nulla in re quicq̃ ſimile hominis habere. Tũ primũ intellexi
ad eã rem iſtos fratres Ciribatas fuiſſe ut iſte in furando manibus
ſuis oculis eorũ uteret̃.At ita ſtudioſus eſt huius præclare eſtima
tionis:ut putetur in hiſce rebus intelligens eſſe ut nuper . Videte
hominis amentiã poſteaq̃ eſt compendinatus cũ iam ꝓ damnato
mortuoq; eſſet. Ludis circenſibus mane apud.L.Siſennã uirũ pri
mariũ cũ eſſent triclinia ſtrata argentũq; expoſitũ in ædibus cum
pro dignitate.L.Siſenne domus eſſet plena hominum honeſtorũ
acceſſit ad argentũ:contemplari unumquodq; ocioſe & conſidera
re cœpit mirari ſtulticiam alii ꝙ in ipſo iudicio eius ipſius cupidi
tas cuius inſimularetur ſuſpitionem augeret.alii amentiam cui cõ
perendinato cum tam multi teſtes dixiſſent: quicq̃ illorum ueni
ret in mentem . pueri autem Siſennæ credo qui audiuiſſent: quæ
in iſtum teſtimonia eſſent dicta:oculos de iſto nuſq̃ eicer̃ neq; ab
argento digitum diſcedere . Eſt boni iudicis paruis in rebus con
iecturam facere uniuſcuiuſq; & cupiditatis & incontinẽtiæ qui re
us lege & reus cõperendinatus re & opinione hominũ pene dam
natus temperare non potuerit maximo conuentu quin .L.Siſen
næ argentum tractaret & conſideraret . Hũc in prouintia prætor
qſquam putabit a Siculorum argento cupiditatem ; aut manus
abſtinere potuiſſe ? Verum uti Lilybeum unde digreſſa eſt : ora
tio reuertatur . Diocles eſt pamphili gener illius a quo Hidria

ablata ē:Popillius cognomine ab hoc uaſa omnia ut expoſita fue
runt:abſtulit dicat ſe emiſſe. Etenim hic propter magnitudinem
furti ſunt ut opinor:litteræ facte.Iuſſit Timarchidem eſtimare ar
gentū quomodo qui unq̄ tenuiſſime in donatione hiſtrionū eſti
mauit.Tam etſi ego iamdudum erro:qui tam multa de tuis emp
tionibus uerba faciam & quærā utrū emeris:& quomodo:& quā
ti emeris quod uerbo tranſigere poſſum Ede mihi ſcriptum quid
argenti in prouintia Sicilia pararis:unde quicq̧ aut quanti eme
ris:Quid ſit:quanq̄ non debebā ego abſte has litteras poſcer̄.me
enim tabulas tuas habere & proferre oportebat. Verum negas te
horum annorū aliquot confeciſſe.Compone hoc quod poſtulo
de argēto de reliquo uidero nec ſcriptum habeo: nec poſſum ede
re quid futurum igitur eſt quid exiſtimas hoſce iudices facere poſ
ſe: Domus plena ſignorum pulcherrimorum iā etiā ante prætu
ram multa ad uillas tuas poſita apud amicos multa depoſita mul
ta aliis data atq̧ donata tabulæ nullum indicant emptum.Omne
argentum ablatum ex Sicilia eſt nihil cuiq̄ quod ſuum dici uellet
relictum.Fingitur improba defenſio.prætorem omne id argentū
coemiſſe.tamen idipſum tabulis demonſtrari non poteſt. ſi quas
tabulas profers in his quas habes qūo habeas:ſcriptum non eſt.
Horum autē temporum cum te plurimas res emiſſe dicas tabulas
omnino nullas proferas.Nonne te & prolatis & nō prolatis tabu
lis condemnari neceſſe eſt: Tu a.M.Cælio Equite Ro.lectiſſimo
adoleſcente quæ uoluiſti uaſa argentea lilybei abſtuliſti. Tu.P.
Cacurii promptiſſimi hominis & experiētis:& in primis gratioſi
ſuppellectilem omnem auferre non dubitaſti. Tu maximam &
pulcherrimam menſam.R.ui citreama:Q.Lutadio Diodoro qui
Q.Catuli beneficio a.L.Sylla ciuis Ro.factus eſt omnibus ſcien
tibus Lilybei abſtuliſti. Nō tibi obicio ꝙ hominē digniſſimū tu
is moribus Appolloniū Niconis filiū Drepanitanū q nūc Clodi
us uocat̄:omni argento optime facto ſpoliaſti ac depeculatus es.
taceo.Nō eni putat ille ſibi iniuriā factā propterea ꝙ homini iam
perdito & collū in laqueū inſerēti ſubueniſti cū pupillis Drepani
tanis bona patria erepta cū illo partitus es. Gaudeo etiā ſi qd ab
illo abſtuliſti: & abſte nihil rectius factū eſſe dico. a Liſone uero

Lilybetano primo homīe apud quē diuerſatus es. Appollinis ſig
num ablatū certe eſſe nō oportuit. at dices te emiſſe:ſcio.HS.co.
ita opinor:ſcio inquā proferā litteras & tñ id factū nō oportuit. a
pupillo Heio cui Marcellus tutor eſt.a quo pecuniam grandē eri
pueras. Sthaphia cū Emblematis Lilybei utrū empta eſſe dicis an
confiteris erepta? Sed qd ego iſtius in eiuſmodi rebus mediocres
iniurias colligo :quæ tantūmodo in furtis iſtius & damnis eorū
a quibus auferebat:uerſata eſſe uideantur . Accipite ſi uultis Iudi
ces de eiuſmodi ut amentiam ſingularē ut furorē iam non cupidi
tatem eius proſpicere poſſitis. Melitenſis Diodorus eſt qui apud
uos antea teſtimoniū dixit .is Lilybei multos iam annos habitat
homo & domo nobilis & apud eos quo ſe contulit:propter uirtu
tem ſplendidus & gratioſus.de hoc Verri dicitur habere eum per
bona toreumata . In his pocula duo quædā quæ Heraclea nomi
nantur Mentoris manu ſummo artificio facta .Quod ubi iſte au
diuit ſic cupiditate inflāmatus eſt nō ſolū inſpiciundi :uerūetiam
auferendi:ut Diodorū ad ſe uocaret ac poſceret. Ille qui illa nō in
uitus haberet:reſpondit ſe Lilybei non habere. Melite apud quen
dam propinquū ſuū reliquiſſe . Tum iſte continuo mittit homi
nes certoſ Melitani ſcribit ad quoſdā Militenſes ut ea uaſa perqui
rant.rogat Diodorum ut ad illū ſuū ꝓpinquū det litteras .Nihil
ei longius uidebatᷣ:q̄ dum illud uideret argētum .Diodorus ho
mo frugi ac diligens q ſua ſeruare uellet :ꝓpinquo ſuo ſcribit :ut
his q a Verre ueniſſent reſpōderet:ſe illud argentū paucis illis die
bus miſiſſe Lilybeū:ipſe interea recedit abeſſe a domo pauliſꝑ ma
luit:q̄ præſens illud optime factū argentum amittere.Quod ubi
audiuit iſte uſqꝫ eo eſt cōmotus :ut ſine ulla dubitatione inſanire
omnibus ac fruere uideretᷣ:quia non poterat argentū eripe.Ipſe a
Diodoro erepta ſibi uaſa optime facta dicebat minitari abſēti dio
doro uociferare palā.lachrymas interdū uix tenere. Eriphylā acce
pimus in fabulis ea cupiditate ut cū uidiſſet monile ut opinor ex
auro & gēmis:pulchritudīe eius incenſā ſalutē uiri proderet.Sil̃is
iſtius cupiditas:hoc etiam acrior atqꝫ inſanior quod illa cupiebat
id quod uiderat.huius libidines non ſolum oculis ſed etiam auri
bus excitabantur .conquiri Diodorum tota prouintia iubet .Ille

ex Sicilia caſtra iã mouerat:& uaſa collegerat homo ut aliquo mo do illum in prouintiã reuocaret:hãc excogitauit rationem.ſi hæc ratio potiuſ q̃ amentia nominanda eſt. Apponit de ſuis canibus quendam:qui dicat ſe Diodorum Melitenſem rei capitalis reum uelle facere. Primo mirum omnibus uideri Diodorum reum ho minem quietiſſimum ab omni non modo facinore :uerum num mi errati ſuſpitione remotiſſimum. Deinde eſſe perſpicuum fieri omnia illa propter argentum. Iſte non dubitat iubere nomen de ferri:& tum primum opinor iſtum abſentis nomen recepiſſe. Re clamat Sicilia tota:propter cælati argenti cupiditatem reos fieri re rum capitalium:neq; ſolum præſentes reos fieri ſed etiam abſẽtes Diodorus Romæ ſordidatus circum patronos atq; hoſpites cur ſare rem omnibus narrare litteræ mittuntur iſti a patre uehemen ter.ab inimicis item uideret:quid ageret.de Diodoro :quo ꝓgre deretur:rem claram eſſe & inuidioſam. inſanire hominem peritu rum hoc uno crimine:niſi tacuiſſet.Iſte etiam tum patrem ſi non in parentis at in hominum numero putabat.ad iudicium nondũ ſe ſatis inſtruxerat. primus annus erat prouintiæ non ut in Sthe nio iam refertus pecunia .Itaq; furor eius paululum non pudore ſed metu atq; timore repreſſus eſt.Condemnare Diodorum non audet.abſentem de reis eximit.Diodorus interea prætor:iſto pro pe triennium prouintia domoq; caruit. cæteri non ſolum Siculi ſed etiã ciues Ro.hoc ſtatuerant:quoniã iſte tm̃ cupiditate ꝓgre deretur nihil eſſe ꝙ quiſq̃ putaret ſe ꝙ iſti paulo magis placeret. conſeruare aut domi retinere poſſe. Poſtea uero q̃ intellexerunt iſti uirum fortem quem ſumme prouintia expectabat.Q. Arriũ non ſuccedere ſtatuerunt ſe nihil tam clauſum :neq; tam recondi tum poſſe habere:quod non iſtius cupiditati apertiſſimum próp tiſſimumq; eſſet.Tum iſte ab Equite Romano ſplendido & grati oſo:Cn.Calidio cuius filium ſciebat ſenatorem populi Romani & Iudicem eſſe. Equuleos argenteos nobiles qui.Q. maximi fue rant :aufert. Imprudens huc incidi Iudices. emit enim non ab ſtulit. nollem dixiſſe. iactabat ſe. & his equitabit equuleis emi. pecuniam ſolui.credo:etiam tabule proferentur:eſt tanti. cedo ta bulas dilue ſane crimen hoc Calidianum dũ ego tabulas aſpicere

poſſim. Verumtamẽ quid erat ꝙ Calidius Romæ quæretur ſe cũ tot annos in Sicilia negociaretur:abſte ſolo ita eſſe contemptum ita eſſe deſpectum ut etiam una cum cæteris Siculis deſpoliaretur Si emeras :quid erat quod confirmabat ſe abſte argentum eſſe pe titurum:ſi tibi ſua uoluntate uendiderat:Tu porro poſſes facere ut Cn.Calidio non redderetur:præſertim cum is.L.Siſenna deſẽ ſore tuo:tam familiariter uteretur: & cum cæteris familiaribus Si ſenne reddidiſſes. Deniqꝫ non opinor negaturum te eſſe homini honeſto ſed non gratioſiori q̃ Cn.Calidius.L.Cordio argentum per Potamonem amicum tuum reddidiſſe. Qui quidem cætero rum cauſam apud te difficiliorem fecit. Nam tum te cũ pluribus confirmaſſes redditurum.Poſteaq̃ Cordius pro teſtimonio dixit te ſibi reddidiſſe:finem reddendi feciſti:ꝙ intellexiſti te præda de manibus amiſſa teſtimonium tamen effugere non poſſe.Cn.Ca lidio Eqniti Ro.per omnes alios.Pre.licuit argentum habere be ne factum licuit poſſe domeſticis copiis cum magiſtratum aut ali quem ſuperiorem inuitaſſet ornare & apparare cõuiuium.Multi domi.Cn.Calidii cum imperio ac poteſtate fuerunt.nemo inuen tus eſt tam amens:qui illud argentum tam præclarum ac tam no bile eriperet.nemo tam audax:qui poſceret.nemo tam impudens qui poſtularet ut uenderet. Superbum eſt enim Iudices & nõ fe rendum dicere. Pre.in prouintia homini honeſto locupleti ſplen dido uende mihi uaſa cælata. Hoc eſt enim dicere non es dignus tu qui habeas:quæ tam bene facta ſunt meæ dignitatis iſta ſunt. Tu dignior Verres q̃ Calidius: qui ut non conferam uitam atqꝫ eſtimationem tuam cum illius:neqꝫ enim eſt conferenda hoc ipſũ conferam:quo tu te ſuperiorem fingis.ꝙ HS.lxxx.milia diuiſori bus ut Pre.renuntiare dediſti.trecenta accuſatori ne tibi odioſus eſſet Ea re cõtemnis Equeſtrem ordinem ac deſpicis ea re indignũ tibi uiſum ẽ quicq̃ quod tibi placeret:Calidiũ potius habere q̃ te Iactat ſe iã dudũ de Calidio narrat oĩbus ſe emiſſe.Nũ etiã de.L. Papinio uiro ꝑmario locuplete honeſtoqꝫ Eqte ro.thuribulũ emi ſti:qui pro teſtimonio dixit te cũ inſpiciendũ popoſciſſes. uulſo Emblemate remiſiſſe ut intelligatis ĩ homĩe ĩtelligẽtiã eſſe nõ aua ritiam artificii cupidum non argenti fuiſſe.nec ſolum in Papinio

fuit hæc abſtinentia. Tenuit hoc inſtitutum in thuribulis omnibus quæcunqꝫ in Sicilia fuerunt. Incredibile eſt autem q̃ multa & q̃ præclara fuerunt. Credo tum cum Sicilia florebat opibus & copiis magna artificia fuiſſe in ea prouintia. Nam domus erat ante iſtum Pre. nulla paulo locupletior qua in domo hæc nõ eſſent etiam ſi preterea nihil eſſet argenti patella grandis cũ ſigillis ſimulacris deorum patera qua mulieres ad res diuinas uterentur thuribulum. Hæc autem omnia antiquo opere & ſummo artificio facta ut hoc liceret ſuſpicari fuiſſe aliquando apud Siculos æqua ꝓportione cætera: ſed quibus multa fortuna ademiſſet: tamẽ apud eos remanſiſſe ea quæ religio retinuiſſet. Dixi iud. multa fuiſſe fere apud Siculos omnes. ego idem confirmo nũc ne unum quidẽ eſſe. Quid hoc eſt quod monſtrum ꝙ prodigium in prouintiam miſimus. Nonne uobis id egiſſe uidetur: ut non unus libidinem nõ ſuos oculos ſed omniũ auariſſimorum inſanias cum Romam reuertiſſet: expleret? qui ſimul atqꝫ in oppidum quodpiã uenerat immittebantur illi continuo Cibiratici canes qui inueſtigabãt & perſcrutabantur omnia: ſi quod erat grande uas & maius opus inuentum leti auferebant: ſi minus eiuſmodi quippiam uenari poterant: illa quidem certe pro lepuſculis capiebantur. patelle patere thuribula. Hic quos putatis fletus mulierum? quas lamentationes fieri ſolitas eſſe in hiſce rebus quæ forſan uobis paruæ eſſe uideantur. ſed magnum & acerbum dolorẽ commouent mulierculꝭ præſertim cum eripiũtur e manibus ea quibus ad res diuinas uti conſueuerunt: quæ a ſuis acceperũt: quæ in familia ſemper fuerũt Hic nolite expectare dũ ego hoc crimen agam hoſtiatim ab Eſchilo Tindaritano iſtum pateram abſtuliſſe a Thraſone itẽ Tindaritano patellam a Nymphodoro Agrigentino thuribulum: tum teſtes ex Sicilia dabo: quem uolet eligat: quem ego interrogem de patellis pateris thuribulis non modo oppidũ nullũ nulla domuſ paulo locupletior expers huius iniuriæ reperiet̃. Qui cũ in conuiuium ueniſſet: ſi quicquã celati aſpexerat manum abſtinere Iudices. non poterat. CN. Pompeius eſt Philo qui fuit Tindaritanus is cenam iſti dabat apud uillã in Tindaritano fecit qđ Siculi nõ audebãt. Ille ciuis Ro. qđ erat impurius id ſe facturũ putauit.

Appoſuit patellam in qua ſigilla erãt egregia. iſte continuo ut ui
dit: non dubitauit illud inſigne penatium hoſpitaliumq; deorũ
ex hoſpitali menſa tollere: ſed tamen quod antea de iſtius abſtinẽ
tia dixeram ſigillis auulſis reliquum argentum ſine ulla auaritia
reddidit. Quid Eupolemo Galaeſtino homini nobili Lucullorũ
hoſpiti ac perfamiliari qui nunc apud exercitum cum. L. Lucullo
eſt: non idem fecit? cenabat apud eum. argentum illi cæterum pu
rum appoſuerat ne purus ipſe relinqueretur. duo pocula nõ mag
na uerumtamen cum Emblematis: hic quaſi feſtinum Achroma
ne ſine corollario de conuiuio diſcederet: ibidem conuiuis inſpe
ctantibus Emblemata auellenda curauit. Neq; ego nunc iſtius fa
cta omnia enarrare conor: neq; opus ẽ nec fieri ullo modo poteſt:
tantummodo uniuſcuiuſq; de uaria improbitate generis indicia
apud uos & exempla profero. Neq; enim ita ſe geſſit in his rebus
tanq̃ rationẽ aliquando eſſet redditurus: ſed prorſus ita quaſi aut
reus nunq̃ eſſet futurus: aut quo plura abſtuliſſet: eo minore peri
culo in iudicium eſſet uenturus. Qui hæc quæ dico: iam non oc
culte non per amicos atq; interpretes ſed palam de loco ſuperiore
ageret pro imperio & poteſtate. Cathinam cum ueniſſet oppidũ
locuples honeſtum copioſum Dionyſiarchum ad ſe Pardiorum
hoc eſt ſummũ magiſtratũ uocari iubet ei palam imperat: ut om
ne argentũ quod apud quenq; eſſet Cathine: cõquirendũ curaret
ad ſe traſſerendũ. Philiarchũ Centuripinũ primũ hominẽ genere
uirtute pecunia num hoc idẽ iuratũ dicere audiſtis: ſibi iſtũ nego
ciũ dediſſe atq; imperaſſe ut Cẽturipinis in ciuitate totius Siciliæ
multo maximia omne argentum conquireret & ad ſe comportari
iuberet? Agirio ſimiliter iſtius imperii uaſa Corīthia ꝑ Appollo
doꝝ quẽ teſtẽ audiſtis Syracuſas deportata ſunt. illa uero optima
eſt: ꝙ cum ad Haluntiũ ueniſſet. Prætor laborioſus & diligens ip
ſe in oppidum accedere noluit: quod erat difficili aſcenſu atq; ar
duo. Artagathum Halũtinum hominem non ſolũ domi ſuæ ſed
tota Sicilia imprimis nobilem uocari iuſſit. ei negocium dedit ut
quicquid Halunti eſſet argenti celati aut ſi quid etiam Corinthio
rũ ut om̄e ſtatim ad mare de oppido deportaret. Aſcendit in op
pidũ Arthagatus. homo nobilis q a ſuis & amari & diligi uellet.

ferebat grauiter illam ſibi ab iſto ꝓuintiam datã nec quid faceret habebat .Pronuntiat quid ſibi impetratum eſſet.Iubet omnes ꝓ ferre quæ haberent metus erat ſummus ipſe enim Tyrannus non diſcedebat longius Artagathum & argentum in lectica cubãs ad mare infra oppidum expectabat. Quem concurſum factum i op pido putatis: quem clamorem: quem porro fletum mulierum q̃ uiderent æquum Troianum introductum.urbem captam eſſe di cerent.efferri ſynethetis uaſa extorqueri alia de manibus mulierũ effringi multorum fores,reuelli clauſtra . Quid enĩ putatis: Scu ta ſi quando conquiruntur a priuatis in bello ac tumultu.tamen homnines inuiti dant .& ſi ad ſalutem communem dari ſentiunt ne quem putetis ſine maximo dolore argentum celatum domo quod alter eriperet:protuliſſe.Omnia deferuntur Cibirate fratreſ uocantur.pauca improbant quæ probarant.his cruſte aut Emble mata detrahebantur ſic Haluntini excuſſis delitiis cum argẽto pu ro domum reuertuntur.Quod nũq̃ iudices huiuſcemodi uerricu lum ĩ illa prouintia fuit: auertere aliquid de publico q̃ obſcuriſſi me per magiſtratum ſolebant. etiam aliquid de priuato nonnũq̃ occulte auferebant .& illi tamen condemnabantur .Et ſi quæritis ut ipſe me detrahã:illos ego accuſatores puto fuiſſe qui huiuſmo di hominum furta odore aut aliquid leuiter preſſo ueſtigio perſe quebantur.Nam nos quidem quid facimus in Verre quem in lu to uoluptatum totius corporis ueſtigiis inuenimus : permagnũ eſt in eum dicere aliquid qui præteriens lectica pauliſper depoſita non per preſtigia ſed palam per poteſtatem uno imperio hoſtiatĩ totum oppidum compilarit. attamẽ ut poſſit ſe dicere emiſſe Ar tagatho imperat ut aliquid illis quorum argẽtum fuerat:nũmoꝝ dicis cauſa daret.Inuenit Artagathus paucos qui uellent accipere his dedit eos nummos . tamen iſte Artagatho non reddidit. Vo luit Romæ petere Artagathus.Cn.Lentulus Marcellinus diſſua ſit ſicut ipſum dicere audiſtis . Atqꝫ hac tota de re audiſtis Arta gathi & Lentuli teſtimoniũ . Et ne forte homines exiſtimetis hãc tantam uim Emblematum ſine cauſa coaceruare uoluiſſe. Videte quanti uos quanti eſtimationem.Pre.quanti leges & iudicia quã ti teſtes Siculos negociatoreſqꝫ fecerit . Poſteaq̃ tãtã multitudinẽ

conditam togato contigit:& his decretum uerbis eſt:ꝙ urbem in cendiis:cæde ciues:Italiam bello liberaſſem . Quæ ſupplicatio ſi cum cæteris ſupplicationibus conferatur.Quirites Ro.hoc inter ſit:ꝙ cæteræ de Republica benegeſta:hæc una conſeruata Repu. conſtituta eſt .Nam.P.Lentulus quanq̃ patefactis indiciis & con feſſionibus ſuis iudicio ſenatus nõ modo prætoris ius:uerumetiã ciuis amiſerat:tamen a magiſtratu ſe abdicauit ut quæ religio.C. Mario clariſſimo uiro non fuerat:quo minus.C.Glauciã.de quo nihil nominatim erat decretum:prætorem occideret .Eadem nos religione in priuato.P.Lentulo puniendo liberaremur.Nũc quo niam Quirites ſceleratiſſimi periculoſiſſimiqȝ belli nepharios du ces captos iã & deprehenſos tenetis:exiſtimare debetis omnes Ca tilinæ copias:omnes ſpes atqȝ opes his depulſis urbis periculis cõ cidiſſe:quem quidem ego cum ex urbe depellebam:.hoc prouide bam animo Quirites Ro.remoto Catilina non mihi eſſe.P. Len tuli ſomnum : quo dicebat imperatorem ſe eſſe anno illo cum in teritu urbis futurum pertimeſcendum :nec Caſſii adipem :neque C.Cethegi furioſam temeritatem pertimeſcendam.Ille erat unus timendus ex his omnibus:ſed tam diu dum mœnibus urbis con tinebatur:omnia norat:omnium aditus tenebat:appellare:tentar̃ ſollicitare poterat:audebat. Erat ei conſilium ad facinus aptũ : cõ ſilio autem neqȝ lingua neqȝ manus deerat . Iam ad cæteras res cõ ficiendas certos homines delectos ac deſcriptos habebat.Neqȝ ue ro cum aliquid mandauerat:cõfectum putabat. Nihil erat quod non ipſe obiret:occurreret:uigilaret:laboraret:frigus :ſitim:famẽ ferre poterat.hunc ego hominem acrem:tam paratum: tam auda cem:tam callidum:tam in ſcelere uigilãtem:tam in perditis rebus diligentem:niſi ex domeſticis inſidiis in caſtrenſe latrociniũ com puliſſem:dicam id quod ſentio Quirites ro.nõ facile hanc tãtam molem mali a ceruicibus ueſtris depuliſſem . Nõ ille nobis ſatur nalia conſtituiſſet :neqȝ ante exitii tãti aut facti diem Reſpublica denũciaſſet:neqȝ cõmiſiſſet ut ſignum ut litteræ ſuæ teſtes deniqȝ manifeſti ſceleris deprehenderentur.Quæ nunc illo abſente geſta ſunt:ut nullum in priuata domo furtum unq̃ ſit inuẽtum:q̃ hæc tanta in Republica coniuratio manifeſte inuenta atqȝ deprehenſa

eſt.Quod ſi Catilina in urbe ad hanc diẽ remanſiſſet:quanq̃ quo ad fuit omnibus eius conſiliis occurri atq; obſtiti: tamẽ ut leuiſſi me dicam dimicandum nobis cum illo fuiſſet:neq; unq̃ dum ille in urbe hoſtis fuiſſet tãtis periculis Rempu.tanta pace:tãto ocio tanto ſilẽtio liberauiſſemus.Quanq̃ hæc omnia Quirites ita ſũt a me adminiſtrata:ut deorum immortalium nutu atq; cõſilio :& geſta & prouiſa eſſe uideantur:idq; cõiectura conſequi poſſumus quod uix uidetur humanis conſiliis tãtam molem rerum guber natio cõſequi potuiſſe . Tum uero ita præſentes his temporibus opem & auxilium nobis tulerũt :ut eos pene oculis uidere poſſe mus .Nam ut illa omittam uiſas iam nocturno tempore faces ar doremq; cæli:ut fulminũ iactus:ut terræmotus:cæteraq; quæ ita nobis conſulibus facta ſunt: ut hæc quæ nũc fiunt:canere dii im mortales uiderẽtur:hoc certe Quirites quod ſum dicturus :neq; prætermittendum:neq; relinquendum eſt.Nam profecto memo ria retinetis Cotta & Torquato conſulibus complures in capito lio turres de cælo eſſe percuſſas : cũ & ſimulacra deorum immor talium depulſa ſunt : & ſtatuæ ueterum hominũ deiectæ: & legũ æra liquefacta ſunt . Tactus eſt etiam ille qui hanc urbem condi dit Romulus : quem inauratum in capitolio paruũ atq; lactantẽ uberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis . Quo quidẽ tem pore cum auruſpices ex tota hætruria conueniſſent:cædes atq; in cendia & legum interitum:& bellũ ciuile ac domeſticum : ac toti us urbis ac imperii occaſum appropinquare dixerunt:niſi dii im mortales omni oratione placati ſuo nomine prope fata ipſa flexiſ ſent. Itaq; illorum reſponſis tunc & ludi decem per dies facti ſũt. Neq; res ulla quæ ad placandos deos pertineret: prætermiſſa eſt. Idemq; iuſſerunt ſimulacrũ Iouis facere maius:& in excelſo collo care contra atq; fuerat ante ad orientem conuertere. Ac ſe ſperare dixerunt ſi illud ſignum quod uidetis:ſolis ortum & forum curi amq; conſpiceret:fore ut ea conſilia quæ clam eſſent inita contra ſalutem urbis atq; imperii illuſtrarentur: ut a .S.P.Q.R.pſpici poſſent. Atq; illud ſignum ita collocãdum conſules illi uoluerũt Sed tanta operis tarditas fuit: ut neq; a ſuperioribus conſulibus neq; a nobis ante hodiernum diẽ collocaret᷑. Hic quis poteſt eſſe

Quirites Ro.tam auerſus a uero:tam præceps:tam mente captus qui neget hæc omnia quæ uidimus:præcipueq; hanc urbem deo rum immortalium poteſtate adminiſtrari? Etenim cum eſſet ita reſponſum cædes:incendia:interitumq; Reipu. comparari:& ea a perditis ciuibus quæ tum propter magnitudinem ſcelerum non nullis incredibilia uidebantur: ea quæ non modo cogitata ac ne phariis ciuibus etiam ſuſcepta eſſe ſenſiſtis. Illud uero nonne ita præſens eſt:ut nutu Iouis optimi ac maximi factum eſſe uideatr: ut cum hodierna die mane per forum meo iuſſu coniurati: & co ram iudices in ædem concordiæ ducerentr:& eo ipſo tempore ſig num ſtatueretr. Quo collocato atq; uos ſenatumq; conuerſo om nia & ſenatus & uos quæ erant contra ſalutem omnium cogitata illuſtrata & patefacta uidiſtis. Quo etiam maiore ſunt iſto odio ſupplicioq; digni:qui non ſolum ueſtris domiciliis atq; tectis ſed & deorũ templis ſunt funeſtos ac nepharios ignes inferre conati: Quibus ſi me reſtitiſſe dicam:nimium mihi ſummam:& nõ ſum ferendus. Ille ille Iupiter reſtitit:ille capitolium:ille hæc templa: ille hanc urbem:ille nos omnes ſaluos eſſe uoluit. Diis ergo im mortalibus ducibus hanc mentem uoluntatemq; ſuſcepi:atq; ad hæc tanta indicia perueni. Iam uero illa allobrogũ ſollicitatio ſic a Lentulo cæteriſq; domeſticis hoſtibus tã dementer tanta res cre dita:& ignotis ac barbaris cõmiſſæ litteræ nunq̃ eſſent profecto: niſi a diis immortalibus huic tantæ audaciæ conſilium eſſet erep tum. Quod uero galli homines ex ciuitate male pacata quæ gens una reſtat:quæ bellum Po.Ro. facere & poſſe & non uelle uidea tur: ſpem imperii ac rerum ampliſſimarũ ultra ſibi a patritiis ho minibus oblatam negligerent:ueſtramq; ſalutem ſuis opibus an teponerent:id non diuinitus factum eſſe putatis præſertim q nos non pugnando:ſed tacendo ſuperare potuerunt. Quamobrem Quir.ro.qm̃ ad omnia puluinaria ſupplicatio decreta eſt:celebra tote illos dies cũ coniugibus ac liberis ueſtris. Nã multi ſæpe ho nores diis immortalibus iuſti habiti ſunt ac debiti: ſed profecto iuſtiores nũq̃. Erepti enim eſtis ex crudeliſſimo ac miſerrimo inte ritu:& erepti ſine ſanguine:ſine cæde:ſine exercitu:ſine dimicatio ne togati me uno togato duce & imperatorẽ uiciſtis. etenim recor

damini Quirites ro.omnes ciuiles diſſeſiones :neq; ſolū eas quas audiſtis:ſed eas quas uoſmetipſi meminiſtis atq; uidiſtis.L.Sylla P.Sulpiciū oppreſſit:ex urbe eiecit.C.Mariū cuſtodem huius ur bis:multos forteſq; uiros partim eiecit ex ciuitate:partī interemit Cn.Octauius conſul armis ex urbe collegā ſuum expulit:omnis hic locus aceruis corporum & ciuium ſanguine redūdauit : Supe rauit poſtea Onna cum Mario . Tū uero clariſſimis uiris interfe ctis lumina ciuitatis extincta ſunt . Vltus eſt huius uictoriæ cru delitatem poſtea Sylla: nec dici quidem opus eſt quanta diminu tione ciuium & quanta calamitate Reipu.diſſenſit .M.Lepidus a clariſſimo & fortiſſimo uiro.Q.Catulo:attulit nō tam ipſius.R. P.luctum q̄ cæterorū:atq; ille diſſenſiones erant eiuſmodi Quiri tes quæ nō ad delendā ſed ad cōmittendā rempu.pertinerent :nō illi nullā eſſe.R.P. ſed in ea quæ eſſet:ſe eſſe principes :neq; hanc urbem conflagrare:ſed ſe in hac urbe florere uoluerunt . Atq; ille tamen omnes diſſenſiones : quarum nulla exitium Reipu.quæſi uit:eiuſmodi fuerunt:ut non reconciliatione concordiæ ſed inter nitione ciuium diiudicatæ ſint . In hoc aūt uno poſt hominum memoriam maximo crudeliſſimoq; bello: quale bellum nunquā barbaria cum ſua gentæ geſſit.Quo in bello lex hæc fuit a Lentu lo:Catilina:Cethego:Caſſio conſtituta:ut omnes qui in urbe ſal ui eſſe poſſent:in hoſtiū numero ducerentur.Ita me geſſi Quiri. ro.ut omnes ſalui conſeruaremini: & cū hoſtes ueſtri tm̄ ciuium ſuperuicturum putaſſent:quantū infinitæ cædi reſtitiſſent .Tan tum aūt urbis ſuperfuturū eſſe: quātū flamma obire nō potuiſſet & urbem & ciues integerrimos incolumeſq; ſeruaui.Quibus pro tantis rebus O Quirites Ro.nullū ego a uobis præmiū uirtutis nullū inſigne honoris:nullū monumentum laudis poſtulabo:p̄ terq̄ huius diei ueſtram memoriam ſempiternam.In animis ergo ueſtris omnes triumphos meos:omnia ornamenta honoris :mo numēta gloriæ:laudis inſignia condi:& collocari uolo .Nihil me mutum delectare poteſt.nihil tacitum: nihil denique huiuſmodi quod etiam minus digni aſſequi poſſunt:Memoria ueſtra Quiri tes ro.noſtræ res alentur:ſermonibus creſcent: litterarum monu mentis inueteraſcent:& corroborabuntur eandemq; intelligo diē

quam ſpero æternam fore:& ad ſalutem urbis:& ad memoriā con ſulatus mei propagata eſſe .Omniq; tempore in hac Repu. duos ciues extitiſſe:quorum alter fines ueſtri imperii non terræ ſed cæ li regionibus terminaret:alter eiuſdem imperii domiciliū ſedemq; ſeruaret . Sed quoniam earum rerum quas ego geſſi:non eſt eadē fortuna atq; conditio:quæ fuit illorum:qui æterna bella geſſerūt quod mihi cum illis uiuendum ſit:quos uictos uici ac ſubegi:illi autem hoſtes aut interfectos aut oppreſſos reliquerunt. Veſtrum eſt eni Quirites Romani ſi cæteris recta ſua facta proſunt : mihi mea ne quando obſint prouidere .Mentes enim hominum auda ciſſimorum ſceleratæ ac nephariæ ne uobis nocere poſſent:ego ꝑ uidi:ne mihi noceant:ueſtrum eſt prouidere.Quāq̄ Quirites ro mani mihi quidem ipſi nihil ab iſtis iam noceri poteſt.Magnum enim eſt in bonis præſidium:quo mihi imperpetuum eſt magna in Republica dignitas:quæ me ſemper tacita defēdit. Magna uis conſcientiæ:quam qui negligent:cum me uiolare uolent:ſeipſi in dicabunt .Eſt etiam in nobis is animus o Quirites ut non modo nullius audaciæ cedamus:ſed etiam omnes improbos ultro ſemꝑ laceſſamus . Quod ſi omnis impetus domeſticorum hoſtium a uobis depulſus ſe etiam in me unum conuertit. Vobis erit proui dendum Quirites qua conditione eos poſthac eſſe uelitis: qui ꝑ ſalute ueſtra obtulerūt ſe inuidiæ periculiſq; omnibus. Mihi qui dem ipſi quid eſt quod iam ad uitæ fructum poſſit acquiri ? præ ſertim cum neq; in ore ueſtro neq; in gloria uirtutis quicq̄ uideā altius:quo quidem mihi libeat aſcendere. Illud perficiam ꝑfecto Quirites ut ea quæ geſſi in conſulatu meo priuatus tenear atque ornem:ut ſi qua eſt inuidia in conſeruanda Repu. ſuſcepta lædat inuidos:mihi ualeat ad gloriam . Deniq; me ita in Repub.tracta bo:ut meminerim ſemper quæ geſſerim:curemq; ut ea uirtute nō caſu geſta eſſe uideantur. Vos Quirites ro.quoniam iam eſt nox ueneramini illum Iouem cuſtodem huius urbis ac ueſtrum:ac in ueſtra tecta diſcedite:& ea quanq̄ iam periculum eſt depulſum:ta men æque ac priori nocte feciſtis cuſtodiis uigiliiſq; defendite.Id ne uobis diutius ſit faciendum: atq; ut in perpetua pace eſſe poſſi tis:prouidebo O Quirites Romani.

M. T. C. INVECTIVARVM IN. L. CATILINAM LIBER QVARTVS.

Ideo Pa. Con. in me omnium ueſtrum ora atq; oculos eſſe conuerſos. Vos uideo nō ſolum de ueſtro ac reipu. uerumetiā ſi id depulſum ſit de meo periculo eſſe ſollicitos. Eſt mihi iocūda in malis & grata in dolore ueſtra erga me uolūtas Sed eam quæſo per deos immortales deponite: atq; obliti ſalutis meæ de uobis ac de liberis ueſtris cogitate. Mihi ſi hæc cōditio conſulatus data eſt: ut omnes acerbitates: omēs dolores cruciatuſq; perferrem: feram nō ſolū fortiter: uerūetiam libenter: dūmodo laboribus meis uobis Po. q; ro. P. C. dignitas ſaluſq; pariat᷑. Ego ſum ille conſul. P. C. cui nō foris in quo omnis æquitas continet᷑: nō campus Martius conſularibus auſpiciis cōſecratus: nō curia ſummū auxiliū omniū gentiū: nō domus cōe ꝑfugium: nō lectus ad quietē datus: non deniq; hæc ſedes honoris ſella curulis nūq̃ uacua mortis periculo atq; inſidiis fuit. Ego multa tacui: multa pertuli: multa conceſſi: multa meo quondā dolori in ueſtro timore ſanaui. Nunc ſi hunc exitū conſulatus mei dii immortales eſſe uoluerūt: ut uos patres. C. Quiri. ro. ex cæde miſera coniuges liberoſq; ueſtros uirgineſq; ueſtales ex acerbiſſima uexatione: templa atq; delubra: hanc pulcherrimam patriam omniumq; ueſtrum ex fœdiſſima flamma: totam Italiam ex bello & uaſtitate eriperem: quæcūq; mihi uni præponetur fortuna: ſubeatur. Etenim ſi. P. Lentulus ſuū nomē inductū a uatibus fatale ad pernitiem reipu. fore putauit: cur ego non læter meum conſulatū ad ſalutem reipublice prope fatalem extitiſſe? Quare. P. C. conſulite uobis: ꝓſpicite patrie: conſeruate uos: coniuges: liberos: fortunaſq; ueſtras Reipu. nomen: ſalutemq; defendite: mihi parcere ac de me cogitare deſinite. Nam debeo ſperare primum omnes deos qui huic urbi præſident: pro eo mihi ac mereor relaturos eſſe gratiā: Deniq; ſi quid obtigerit: æquo animo paratoq; moriar. Neq; enim turpis mors forti uiro poteſt accidere: neq; immatura conſulari: nec miſera ſapienti. Nec tamen ego ſum ille ferreus: q fratris cariſſimi & amantiſſimi præſentis mœrore non mouear. Horūq;

omnium lachrymis:a quibus me circumſeſſum uidetis:necnō me am mentem domū ſæpe reuocat uxor examinata:& abiectu metu filia:& paruulus filius quem mihi uidetur amplecti reſpub. tanq̄ obſidem conſulatus mei. Neq; ille qui expectans exitum huius diei aſtat in conſpectu meo gener. Moueor his rebus omnibus: ſed in eam partem ut ſalui ſint uobiſcum omnes:etiam ſi uis ali qua me oppreſſerit potius q̄ & illi & nos una Reſpublica peſte pe reamus. Quare.P.C.incumbite ad ſalutem Reipu.circumſpicite omnes procellas quæ impendēt:niſi prouidetis.Nō.T.Gracchuſ qui iterum tribu.ple.fieri uoluit:non.C.Gracchus qui agrarios concitare conatus eſt.Non.L.Saturninus:qui.C.Memmiū occi dit in diſcrimen aliquod atq; in ueſtræ ſeueritatis iudicium addu citur:ſed tenentur illi qui ad urbis incendium: ad ueſtrū omniū cædem:ad Catilinam recipiendum Romæ reſtiterūt. Tenentur litteræ.ſigna:manus:deniq; uniuſcuiuſq; confeſſio. Sollicitantur allobroges:ſeruitia excitantur: Catilina accerſitur. Idem initum conſilium:ut interfectis omnibus nemo ad deplorandum quidē Reipu.nomen:atq; ad lamentandam tātam imperii calamitatem relinquatur. Hæc omnia mihi indices detulerunt rei confeſſi ſūt Vos multis iam indiciis iudicaſtis.primū quod mihi gratias egi ſtis ſingularibus uerbis & mea uirtute atq; diligētia perditorum hominum coniurationem patefactam eſſe decreuiſtis. Deinde q̄ P.Lentulum ut ſe abdicaret prætura coegiſtis: tum quod eum & cæteros de quibus iudicauiſtis ī cuſtodiā dandos cenſuiſtis:maxi meq; quod meo nomine ſupplicationem decreuiſtis: qui honos togato ante me habitus eſt nemini. Poſtremo heſterno die p̄mia legatis allobrogum. Titoq; Vulturtio dediſtis ampliſſima: quæ ſunt omnia eiuſmodi:ut hi qui in cuſtodiā nominatim dati ſunt ſine ulla dubitatione a uobis damnati eſſe uideantur:Sed ego in ſtitui referre ad uos.P.C.tanquam integrum:& de facto quid iu dicetis:& de pœna quid cenſeatis.Illa prædicam quæ ſunt conſu lis. Ego magnum in Republica uerſari furorem:& noua quædā miſceri:& concitari mala iam pridem uidebam. Sed hanc tam ex itioſam haberi coniurationem a ciuibus nunquam putaui.Nunc quicquid eſt:quocunq; ueſtræ mentes inclinant atque ſententiæ:

ſtatuendum uobis ante noctem eſt.Quantum facinus ad uos de
latum ſit:uidetis.Huic ſi paucos affines putatis eſſe: uehementer
erratis .Latius enim patet & diſſeminatum eſt hoc malum :mana
uit non ſolum per Italiam:uerumetiam trāſcendit alpes: & obſcu
re ſerpens multas iam prouintias occupauit. Id opprimi ſuſtentā
do & prolatando nullo pacto poteſt.quacunq; ratōne placet:cele
riter uobis iudicandū eſt. Video adhuc duas eſſe ſententias.Vnā
Claudii Syllani: qui cenſet eos qui hæc deleri conati ſunt :morte
eſſe mulctandos:Alterā.C.Cæſaris:qui mortis pœnam remouet
cæteras ſuppliciorum omnes acerbitates amplectitur. Vterque &
pro ſui dignitate:& pro rerum magnitudine in ſumma ſeueritate
uerſatur .Alter eos qui omnes:qui Po.ro.uita priuare conati ſūt
qui delere imperium qui Po.ro. nomē extinguere :per punctum
temporis frui uita:& hoc cōmuni ſpiritu non putat oportere.atq;
hoc genus pœne ſæpe in improbos ciues in hac Repu. uſurpatū
recordatur.Alter intelligit mortem a diis immortalibus non eſſe
ſupplicii cauſa conſtitutam:ſed aut neceſſitatem naturæ:aut labo
rum:aut miſeriarum quietem eſſe. Itaq; eam ſapientes nunq̄ inui
ti:fortes ſæpe etiam libenter appetiuerunt.Vincula uero & ea ſem
piterna certe ad ſingularem pœnam nepharii ſceleris inuenta ſunt
municipiis diſpartiri iubet .haber̄ uidetur iſta res iniquitatē:ſi im
perare uelis:difficultatem:ſi rogare.decernatur tamē ſi placet.Ego
enim ſuſcipiam : & ut ſpero: reperiam qui id quod ſalutis omniū
cauſa ſtatueritis:non putet eſſe ſuæ dignitatis recuſare .Adiungit
grauem pœnam municipibus:ſi quis eorum uincula ruperit.hor
ribiles cuſtodias circumdat: & digna ſcelere hominum perditorū
ſancit:Ne quis eorum pœnam quos condemnat aut per ſenatum
aut per populum leuare poſſit. Eripit etiam ſpem:quæ ſola homi
nem in miſeriis conſolari ſolet. bona præterea publicare iubet:ui
tam ſolam reliquit nephariis hominibus:quam ſi eripuiſſet: mul
tas uno dolore animi & corporis & omnes ſceleris pœnas ademiſ
ſet . Itaq; ut aliqua in uita formido improbis eſſet poſita:apud in
feros eiuſmodi quædam illi antiq ſupplicia impiis conſtituta eſſe
uoluerunt . Quod uidelicet intelligebant . his remotis non eſſe

mortem pertimeſcendam . Nunc.P.C.ego mea uideo quid inter ſit.ſi eritis ſecuti ſententiam .C.Cæſaris : Quoniam hanc is Rei publice uiam:quæ popularis habetur:ſecutus eſt :fortaſſe minus erunt.hoc auctore & monitore huiuſce ſententiæ mihi popularis impetus pertimeſcendi . Sin illam alteram ſecuti eritis :neſcio an amplius mihi negocii contrahatur .Sed tamen meorum periculo rum rationes utilitas Reipublice uindicat . Habemus enim etiã a.C.Cæſare ſicut ipſius dignitas:& maiorum eius amplitudo po ſtulabatur ſententiam tanquam obſidem perpetuæ in Republica uoluntatis : intellectum eſt quid intereſſet inter leuitatem conci onatorum:& animum fere popularem ſaluti populi conſulentem Video de iſtis qui ſe populares haberi uolunt abeſſe non neminẽ ne de capite uidelicet ciuium Romanorum ſententiam ferat.Is & nudiuſtertius in cuſtodiam ciues Romanos Cethegum & .P.Lẽ tulum dedit:& ſupplicationem mihi decreuit.& indices heſterno die maximis præmiis affecit . Iam hoc nemini dubium eſt:q reo cuſtodiam:quæſtori gratulationem:indici premium decreuit:qd de tota re & cauſa iudicarit . At uero.C.Cæſar intelligit legẽ ſem proniam eſſe de ciuibus romanis conſtitutam . Qui autem in re publica ſit hoſtis:eum ciuem eſſe nullo modo poſſe. Denique ip ſum latorem ſemproniæ legis iuſſu populi pœnas Reipublice de pendiſſe .Idem & ipſum largitorem Lentulum & prodigum non putat :cũ de pernitie Populi romani exitio huius urbis tam acer be tamq; crudeliter cogitarit:etiam appellari poſſe popularẽ.Itaq; homo mitiſſimus atque leuiſſimus non dubitat.P.Lentulũ æter nis tenebris uinculiſq; mandare:& ſanci: in poſterum ne quis hu ius ſupplicio leuando ſe iactare:& in pernitie Reipublice poſthac popularis eſſe poſſit. Adiungit etiam publicationem bonorum: ut omnes animi cruciatus & corporis etiam egeſtas atque mendi citas conſequatur.Quamobrem ſiue hoc ſtatueritis:dederitis mi hi comitem ad concionem populo carum atque iocundum :ſiue Syllani ſententiam ſequi malueritis:facillime me atque uos a cru delitatis uituperatione populum defenderis atque obtinebo eam multo leuiorem fuiſſe:quanq̃.P.C.quæ poteſt eſſe in tãti ſceleris

immanitate punienda crudelis? Ego enim de meo ſenſu iudico. Nam ita mihi ſalua Republica uobiſcum perfrui liceat: ut ego qꝑ in hac cauſa uehementior ſum: non atrocitate animi moueor. qs enim eſt me mitior? ſed in ſingulari quadam humanitate & miſericordia. Videor enim mihi uidere hanc urbem lucem orbis terrarum atqꝫ arcem omnium gentium ſubito uno incendio concidentem. Cerno animo ſepultā patriam: miſeros atqꝫ inſepultos aceruos ciuium. Verſat mihi ante oculos aſpectus Cethegi: & furor in ueſtra cæde bacchantis. Cum uero mihi propoſui regnantem Lentulum ſicut ipſe ſe ex fatis expectare confeſſus eſt: purpurarū eſſe. Et Gabinium cum exercitu ueniſſe Catilinam: tum lamentationem matrūfa: tum fugam uirginum atqꝫ puerorum ac uexationem uirginum ueſtalium perhorreſco. & quia mihi uehementer uidentur miſera atque miſeranda: idcirco ī eos qui ea perficere uoluerunt: me ſeuerum uehementemqꝫ præbebo. Etenim quæro ſi quis paterfamilias liberis ſuis a ſeruo interfectis: atqꝫ uxore occiſa incenſa domo ſupplicium de ſeruis q̄acerbiſſimū ſumpſerit. Vtrū is demens ac miſericors: an inhumaniſſimus crudeliſſimus eſſe uideatur? Mihi uero importunus ac ferreus: qui non dolorem cruciatu lenierit: ſic nos in his omnibus qui nos qui coniuges qui liberos noſtros trucidare uoluerunt: qui ſingulas uniuſcuiuſqꝫ noſtrum domus: hoc uniuerſum reipublice domicilium tollere conati ſunt. qui id egerint: ut gentem allobrogum ī ueſtigiis huius urbis atque in cinere deflagrati imperii collocarent: ſi uehementiſſimi fuerimus: miſericordes habebimur. Sin remiſſores eſſe uoluerimus: ſummæ nobis crudelitatis in patriæ ciuiumque pernitie fama ſubeunda eſt. Niſi uero cupiam. L. Cæſar fortiſſimus & amātiſſimus Reipublice crudelior nudiuſtertius uiſus eſt cum ſororis ſuæ fœminæ electiſſimæ uirum præſentem ſe & audientem uita priuatum eſſe dixit. Quorum quid ſimile factum eſt: quod initum delendæ Reipublice conſilium: largitionis uoluntas: tū in Republica uerſata eſt: & partium quædam contentio. Atque illo tempore huius Auus Lentuli clariſſimus atqꝫ fortiſſimus uir armatus Gracchum eſt perſecutus. Ille graue tum uulnus accepit. Ne quid de ſumma dignitate & ſtatu Reipublice minueret

Hic Lentulus ad euertenda fundamenta Reipu.gallos accerſiuit:
ſeruitia concitauit.Catilinam euocat:ac nos tribuit trucitandos:
Cethego & cæteros ciues interficiendos Gabinio : urbem inflam
mandam Caſſio:totam Italiã uaſtandã diripiendamq; Catilinæ.
Vereamini cẽſeo ne in hoc ſcelere tam immani ac nephario nimis
aliquid ſeueri ſtatuiſſe uideamini :cum multo magis uerendũ ne
remiſſione pœne crudeles magis in patriã q̃ ne ſeueritate animad
uerſionis nimis uehemẽtes ĩ acerbiſſimos hoſtes fuiſſe uideamur
Sed ea quæ exaudio .P.C.diſſimulare non poſſum . Lactant̃.n.
uoces:quæ perueniunt ad aures meas eorum qui uereri uidentur
ut habeam ſatis præſidii ad ea quæ ſtatueritis hodierno die trãſe
unda.omnia prouiſa parata & cõſtituta ſunt.P.C. cum mea ſum
ma cura atq; diligentia:cum multo etiam maiore Po.ro.ad ſũmũ
imperium retinendum & ad cõmunes fortunas conſeruandas uo
luntate:omnes aſſunt:omnium ordinum homines: deniq; omni
um ætatum:plenum eſt forum:plena templa circa forũ:pleni om
nes aditus huius templi & loci. Cauſa enim poſt urbem conditã
hæc inuenta ſola in qua omnes ſentirent unum atq; idem præter
eos qui cum ſibi uiderent eſſe pereundum:cum omnibus potius
q̃ ſoli perire uoluerunt. Hoſce ego homines excipio: & ſecerno li
benter:neq; enim improboꝝ ciuium:iam acerbiſſimorum hoſtiũ
numero habendos puto .Cæteri uero dii immortales qua frequẽ
tia:quo ſtudio:qua uirtute ad cõmunem ſalutem dignitatẽq; con
ſentiunt.Quid ego hic equites Ro.commemorem:qui uobis ita
ſummã ordinis cõſiliiq; concedũt: ut nobiſcũ de amore Reip.cer
tent: quos ex multorũ annorum diſſenſione huius ordinis ad ſo
cietatẽ cõcordiãq; reuocatos hodiernus dies uobiſcũ atq; hæc cau
ſa coniungit . Quã cõiunctionẽ ſi in conſulato meo cõfirmatã in
Repu.tenuerimus perpetuã:confirmo uobis nullũ poſthac malũ
ciuile ac domeſticũ ad ullam Reipu.partem eſſe uenturũ.Pari ſtu
dio defendendæ Reipu.cõueniſſe uideo tribunos ærarios fortiſſi
mos uiros:ſcribas item uniuerſos:quos caſu hec dies ad ærarium
frequens aduocauit : uideo ab expectatione huius ſortis ad ſalu
tem communem eſſe conuerſos : omnis ingeniorum adeſt multi
tudo etiam tenuiſſimorum . Quis eſt enim cui non hæc tem

pla:aſpectus huius urbis:poſſeſſio libertatis : lux deniq; hæc ipſa & hoc commune patriæ ſolum cum ſit carum: tũ uero dulce atq; iocundum:operæprecium eſt P.C. liberorum hominum ſtudiũ cognoſcere:qui ſua uirtute fortunam huius ciuitatis conſecuti:ue re hanc ſuam patriam eſſe iudicant:quam quidam hinc nati & ſũ mo nati loco nõ patriam ſuam :ſed urbem hoſtium eſſe iudicaue runt .Sed quid ego hos homines ordineſq; commemorem!quos priuatæ fortune:quos cõmunis Reſpublica: quos deniq; libertas ea quæ dulciſſima eſt ad ſalutem patriæ defendendam excitauit : ſeruus eſt nemo qui modo tollerabili conditione ſit ſeruitutis: q non audaciam ciuium perhorreſcat:qui non obſtare cupiat:q nõ quantum audet & q̃tum poteſt: cõferat ad ſalutem cõmunem uo luntatis . Quare ſi quem ueſtrum forte cõmouet hoc quod audi tum eſt lenonem quendam Lentuli concurſare circum tabernas ꝑ cio ſperantem ſollicitare poſſe animos egentium atq; imperitorũ: id quidem cœptum atq; tentatum:ſed nulli ſunt inuenti tam aut fortuna miſeri :aut uoluntate perditi:qui non illum ipſum ſellæ atq; operis & quæſtus quotidiani locum:qui nõ cubile aut lectu lum ſuum:qui deniq; non curſum hunc ocioſum uitæ ſuæ ſaluũ eſſe uelit .Multo uero maxima pars eorũ qui in tabernis ſũt:niſi uero id enim potius eſt dicẽdũ genus hoc uniuerſũ amantiſſimũ eſt ocii. Etenim omne eorum inſtrumentum:omnis opera atque quæſtus frequentia ciuiũ ſuſtentatur :alitur ocio quorum ſi quæ ſtus occluſis tabernis minui ſolet:quid tandem incenſis futurũ ẽ: Quæ cum ita ſint.P.C.uobis Reipu. præſidia non deſunt: Vos ne Po.ro.deeſſe uideamini:prouidete: habetis cõſulẽ ex pluribus periculis & inſidiis atq; ex media morte non ad uitam ſuam : ſed ad ſalutem ueſtram reſeruatum: om̃es ordines ad conſeruandam Reipubice:mente :uoluntate :ſtudio:uirtute:uoce conſentiunt : obſeſſa facibus & telis impiæ cõiurationis uobis ſupplex manus tendit patria cõis. Vobis uitã omniũ ciuiũ: uobis arcẽ & capitoli um :uobis aras penatũ: uobis illũ ignem ueſtæ ꝑpetuũ ac ſempi ternum:uobis omniũ deorum templa atq; delubra:uobis muros & urbis tecta cõmendant : Præterea de ueſtra uita: de coniugum ur̃aꝝ atq; liberorũ anima :de fortunis omniũ:de ſedibus:de focis

hodierna die uobis iudicandum eſt. Habetis ducem memorem ueſtri: oblitus ſui: quæ non ſemper facultas datur: ut ſui oblitus alii memoretur. habetis omnes ordines: omnes homines: uniuerſum populum Ro. id quod in ciuili cauſa hodierno die primum uidemus: unum atq; idem ſentientem: cogitate quãtis laboribus fundatum imperium: uel quanta uirtute ſtabilitatam libertatem: quanta deorum benignitate auctas exaggerataſq; fortunas: nox una non delerit. Id ne unquã poſthac non modo confici: ſed cogitari quidem poſſit a ciuibus hodierno die ꝓuidendũ eſt. Atq; hæc non ut uos qui mihi pene ſtudio præcuritis excitarem: locutus ſum: ſed ut mea uox quæ debet eſſe in Republica princeps officio functa conſulari uideatur. Nunc antequã ad ſententiam. P. C. redeam de me pauca dicam. Ego quanta manus coniuratorum quam uidetis eſſe permagnam: tãtam me inimicorum multitudinem ſuſcepiſſe uideo. Sed eam eſſe turpem iudico & infirmã contemptam & abiectam. Quod ſi aliquando alicuius furore & ſcelere concitata manus plus ualuerit q̃ ueſtra ac Reipublice dignitas me tamen meorum factorum atq; conſiliorum nunq̃. P. C. penitebit. Etenim mors quam illi mihi fortaſſe minitãtur illis omnibus eſt parata: uitæ tantam laudem quanta uos me ueſtris decretis honeſtatis: nemo ẽ aſſecutus. Cæteris enim ſemper benegeſtæ mihi uni conſeruatæ Reip. gratulationem decreuiſtis. Sit Scipio clarus ille: cuius conſilio atq; uirtute Hannibal in Africam redire atq; ex Italia decedere coactus eſt. Orneť alter eximia laude Africanus: qui duas urbes huic imperio infeſtiſſimas Carthaginẽ Numantiamq; deleuit. Habeatur uir egregius. L. Paulus ille: cuius currũ rex potẽtiſſimus quondã & nobiliſſimus Perſes honeſtauit Sit æterna gloria Marius: qui bis Italiam ab obſidione liberauit ſeruitutis. Anteponať omnibus Põpeius cuius res geſtæ atq; uirtutes cõtinenť hiſdẽ: qbus ſolis curſus regionibus ac terminis cõtinẽť. Erit ꝓfecto inter hoꝝ laudes aliqd loci nr̃æ gl'iæ: niſi forte maius eſt patefaceř uobis ꝓuintias quo exire poſſumus: q̃ curare ut etiã illi q hic abſũt: habeãt quo uictores reuertãť: q̃q̃ ineſt uno loco cõditio melior externe uictorie q̃ domeſtice: hoſtes qdẽ alienigenæ aut opp̃ſſi ſeruiũt: aut ř cepti beneficio ſe obligatos putãt

Qui autem ex numero ciuium dementia aliqua deprauati hoſteſ patriæ ſemel eſſe cœperunt : hos cum a pernitie Reipublice repu leris:neq; ui coercere: neq; beneficio placare poſſis . Quare mihi cum perditis ciuibus æternum bellum ſuſceptū eſſe uideo :quod ego ueſtro bonorumq; omnium auxilio:memoriaq; tantorū peri culorum:quæ non modo in hoc populo qui ſeruatus eſt:ſed etiā omnium gẽtium ſermonibus ac mentibus ſemper hærebit : a me atq; meis facile propulſari poſſe confido: neque ulla profecto tan ta uis reperietur:quæ coniunctionem ueſtram equitumq; Roma norum:& tantam conſpirationem bonorum omnium confringe re & labefactare poſſit.Quæ cum ita ſint.P.C.pro imperio: ꝓ ex ercitu :pro diligẽtia:pro prouintia quam neglexi: pro triumpho cæteriſque laudis inſignibus:quæ ſunt a me propter hanc urbem ueſtram:ueſtreq; ſalutis cuſtodiam repudiata:pro clientibus:pro hoſpitio officii: pro prouintialibus :quæ tamen urbanis opibus non minore labore tueor q̃ paro . Pro his igitur omnibus rebus pro meis in omnes ſingularibus ſtudiis:proq; hac quam perſpici tis ad conſeruandum Po.Ro.diligentia: nihil a uobis niſi huius temporis totiuſque mei conſulatus memoriam poſtulo: quæ dū erit ueſtris infixa mentibus : firmiſſimo me ſeptum eſſe muro ar bitror .Quod ſi meam ſpem uis improborum fefellerit:atque ſu perauerit:cõmendo uobis paruum meum filium: cui profecto ſa tis erit præſidii non ſolum ad ſalutem :uerumetiam ad dignitatẽ ſi eius qui hæc omnia ſuo ſolus periculo cõſeruarit: illum filium eſſe memineritis . Quapropter de ſumma ſalute noſtra .P.C.P. Q.R.:de ueſtris coniugibus :ac liberis: de aris:de focis : de fanis atq; templis:de totius urbis tectis ac ſedibus: de imperio ac liber tate:de ſalute Italiæ:deq; uniuerſa Republica decernite diligenter ut ſtatuiſtis ac fortiter . Habetis enim eum conſulem:qui & parẽ rẽ ueſtris decretis non dubitet:& ea quæ ſtatueritis: quoad uiuet defendere:& per ſeipſum preſtare poſſit.

M.T.C. IN.C. VERREM ACCVSATIONVM LIBER SEXTVS.

Enio nūc ad iſtius quemadmodū ipſe appellat ſtudium:ut amici eius morbum & inſaniam ut Siculi latrocinium ego quo nomine appellem: neſcio . Rem uobis proponā.uos eā ſuo nominis pondere penditote.Genus ipſum prius cognoſcite.Iudices. deinde fortaſſe non magnoperē quæretis:quo nomine appellandum putetis . Nego in Sicilia tota tam locuplete tam uetere prouintia :tot oppidis tot familiis tā copioſis ullū argenteum uas:ullum Corinthium aut Deliacū fuiſſe :nego ullam geminam aut margaritam fuiſſe aut quicq̄ ex auro aut ex ebore factum ſignū ullū æneum:marmoreum:eburneū Neq; ullam picturam neq; in tabulis neq; textilem fuiſſe :quin q̄ ſierit:inſpexerit:quod placitum ſit:abſtulerit:magnū uideor dicere .Attendite etiam quemadmodum dicam:non enim uerbi neq; criminis cauſa augēdi complector omnia cum dico nihil iſtum eiuſmodi rerum in tota prouintia reliquiſſe .Latine me ſcitote non accuſatorie loqui etiam planius nihil in ædibus :cuiuſq̄ ne in oppidis quidem nihil in locis communibus:ne in fanis quidē nihil apud Siculum:nihil apud ciuem Ro. deniq; iſtum quod oculos animūque accenderit:neq; priuati:neq; publici:neq; profani:neq; ſacri tota in Sicilia reliquiſſe . Vnde igitur potius incipiam q̄ ab ea ciuitate quæ tibi una in amore atq; in delitiis fuit: aut ex quo potius numero q̄ ex ipſis laudatoribus tuis.facilius enim perſpicietur qualis apud eos fueris qui te oderunt:qui accuſant:qui perſequuntur:cum apud tuos Mamertinos inueniare:improbiſſima ratione eſſe prædatus.C.Helius ē Mamertinus :omnes hoc mihi facile concedent qui Meſſanam acceſſerunt : omnibus rebus in illa ciuitate ornatiſſimus.huius domus eſt uel optima Meſſane notiſſima :quod certe ex noſtris hominibus aptiſſima maxime perhoſpitalis . Ea domus ante aduentum iſtius ſic ornata fuit ut urbi quoq; eſſet ornamento.nam ipſa Meſſana quæ ſitu mœnibus portuq; ornata ſit ab his rebus a quibus iſte delectatr̄: ſane uacua atq; nuda eſt. Erat apud Heium ſacrarium cum magna dignitate

in ædibus a maioribus traditū ꝑ antiquū:in quo ſigna pulcherri ma quatuor ſummo artificio :ſumma nobilitate quæ non modo iſtū hominem ingenioſū atq; intelligentē:uerumetiam quemuis noſtrum quos ipſe Idiotas appellat:delectare poſſent Cupidinis marmoreum Praxitelis nimirum didici etiam dum in iſtum inq ro:artificum nomina.Idem opinor artifex eiuſdem modi Cupidi nem fecit illum qui eſt Theſpus :propter quem Theſpie uiſūtur nam alia uiſendi cauſa nulla eſt .Itaq; ille.L.Mūmius cū Theſpia de quæ ad ædem felicitatis ſunt:cæteraq; profana ex illo oppido ſigna tolleret:hūc marmoreū Cupidinē quod erat cōſecratus :nō attigit uerum ut ad illud ſacrariū redeam: ſignum erat hoc quod dico Cupidinis e marmoꝛ ex altera parte Hercules egregie factus ex ære.Is dicebatur eſſe Myronis ut opinor & certe.Itē ante hoſce deos erāt tabulæ quæ cuiuſuis ſacrarii religionē ſignificare poſſēt erant ænea præterea duo ſigna non maxima uerū eximia uenuſta te uirginali habitu atq; ueſtitu quæ maibus ſublatis ſacra quedā more Athenienſium uirginū repoſita in capitibus ſuſtinebāt.Ca nephoræ ipſe uocabantur .ſed earū artificem quem nam?recte ad mones.Policletum eſſe dicebant. Meſſanam ut quiſq; noſtrū ue nerat :hæc uiſere ſolebat . Omnibus hæc ad uiſendum patebant quotidie . Domus erat nō domino magis ornamento q̄ ciuitati. C.Claudius cuius ædilitatem magnificentiſſimam ſcimus fuiſſe: uſus eſt hoc cupidine eam diu dū forū diis immortalibus Popu loq; Ro. habuit ornatum.& cū eſſet hoſpes Heiorū : Mamertini autem populi patronus ut illis benignus uſus eſt ad commodan dum ſic ipſe diligens fuit ad reportandum.Nuper homines nobi les eiuſmodi Iud. & ꝙ dico nuꝑ ymmo uero modo ac plane pau loante uidimus qui forū ac baſilicas non ſpoliis prouintiarū :ſed ornamentis amicorū commodis hoſpitum non furtis nocentium ornarent . qui tamen ſigna atq; ornamēta ſua cuiq; reddebant nō ablata ex urbibus ſotiorum quatridui cauſa per ſimulationē ædi litatis domum deinde atq; ad ſuas uillas auferebant. Hæc omnia quæ dixi ſigna .Iud.ab Heio de ſacrario Verres abſtulit . Nullū inquam horum reliquit neq; enim aliud ullum tamē præter unū uetus ligneū bonā fortunam ut opinor eā iſte domi ſuæ habere

collegerat Emblematum:ut ne unum quidem cuiq̃ reliquiſſet: in ſtituit officinam ſyracuſis.in Regiam maximã palam artifices om nes cælatores ac uaſcularios conuocari iubet.& ipſe ſuos complu res habebat. Eo conducit magnã hominum multitudinẽ menſes octo continuos opus his nõ defuit cum uas nululm fieret niſi au reum. Tum illa ex patellis & thuribulis quæ uellerat ita ſcite ĩ au reis poculis illigabat:ita apte in cyphis aureis includebat:ut ea ad illam rem nata eſſe diceres. Ipſe tamen prætor qui ſua uigilantia pacem ĩ Sicilia dicit fuiſſe:in hac officina maiorem partem diei cũ Tunica Palla ſedere ſolebat.& pallio. Hæc ego iudices non aude mur proferre:ni uererer ne forte plura de iſto ab aliis in ſermone q̃ a me in iudicio audiſſe uos diceretis. Quis enim eſt qui de hac officina qui de uaſis aureis qui de iſtius pallio palla nõ audierit? Quem uoles de conuentu Syracuſanorum uirum bonum nomi nato producam nemo erit qui hoc ſe aut uidiſſe aut audiuiſſe nõ dicat? O tempera O mores nihil nimium uetus proferam. Sunt ueſtrum aliq̃multi qui.L.Piſonem cognouerint huius.L.Piſoniſ qui prætor:fuit patrem.Is cũ eſſet in Hiſpania prætor qua in pro uintia occiſus eſt:neſcio quo pacto dũ armis exerceretur annulus aureus quem habebat fractus eſt & cõminutus.cũ uellet ſibi ãnu lum facere aurificem ſibi iuſſit uocari in foro ad cellam Cordube & ei palam appendit aurum.hominem in foro ſellam iubet pone re & facere annulum omnibus præſentibus. Nimium fortaſſe di cet aliquis hunc diligentem. hactenus reprehendat ſi quis uolet nihil amplius. Verum fuit ei concedendũ:filius enim.L. Piſonis erat eius qui primus de pecuniis repetũdis legem tulit. Ridiculũ eſt nunc de Verre dicere cũ de Piſone frugi dixerim. uerumtamẽ quantum interſit:uidete.Iſte cum aliquot Abaacorum faceret ua ſa aurea non laborauit quin non modo in Sicilia uerum etiã Ro mæ in iudicio audiret.ille in auri Semuntia totã Hiſpaniam ſcire uoluit. Vnde prætor annulus fieret. Nimirum autem ut hic no men ſuum comprobauit:ſic ille cognomen:nullo modo poſſum omnia iſtius facta aut memoria conſequi:aut oratione complecti genera ipſa cupio breuiter attingere.ut hoc modo me commonu it Piſonis annulus quod totũ effluxerat. q̃ multis iſtum putatis

hominibus honeſtis de digitis annulos aureos abſtuliſſe? Nunq̃ dubitauit quotienſcunq; alicuius aut gemma aut annulo delecta tus eſt. incredibilem rem dicam: ſed tam claram ut ipſum negatu rum non arbitrer. Cum Valentio eius interpreti epiſtola Agrigẽ ti allata eſſet caſu ſignum iſte animaduertit in cretula placuit ei. exquiſiuit unde eſſet epiſtola. reſpondit Agrigẽto Iſte litteras ad quos ſolebat miſit. Vt is annulus ad ſe primo quoq; tempore af ferretur. Ita litteris iſtius patriſamilias. L. Titio cuidam ciui Ro mano annulus de digito detractus eſt. Illa uero eius cupiditas in credibilis eſt. Nam ut ſingula conclauia quæ iſte non modo Ro mæ: ſed omnibus in uillis habet trecentos lectos optime ſtratos cum cæteris ornamentis conuiuii quæreret nimium multa com parare uideretur. nulla domus in Sicilia locuples fuit: ubi iſte nõ textrinum inſtituerit. Mulier ẽ Segeſtana perdiues & nobilis La mia nomine. per triẽnium iſti plena domo telarum ſtragulam ue ſtem confecit nihil Conchilio tinctum: Attalus homo pecunio ſus nec uulgo Lilybei: Tricolanus etne: Syracuſis Eſchiro Cleo menes Thenomaſtus Pelori Artonides Megiſtus uox me citius defecerit q̃ nomina. Ipſe dabat purpuram tãtum amici opera. cre do iam enim non libet omnia criminari. quaſi uero hoc mihi nõ ſatis ſit ad crimen. habuiſſe tam multum quod daret. uoluiſſe de portare tam multa. hoc denique quod cõcedit: amicorum operis eſſe in huiuſcemodi rebus uſum. Iam uero lectos eratos & cande labra ænea num cui præter iſtum Syracuſis per trienniũ facta eſſe exiſtimatis? emebat credo. Si tantum uos certiores iudices facio: quid iſte in prouintia prætor egerit ne cui forte nimiũ negligens fuiſſe uideat neq; ſe ſatis cum poteſtatẽ habuerit inſtruxiſſe & or naſſe. Venio nunc non iam ad furtum: non ad auaritiam: non ad cupiditatem: ſed ad eiuſmodi facinus in quo dii immortales uio lati exiſtimatõ atq; auctoritas Populi Romani nominis imminu ta hoſpitium ſpoliatum ac proditum abalienati ſcelere iſtius a no bis omnes reges amiciſſimi nationeſq; quæ in eorum regno ac di tione ſunt. Nã reges Syriæ regis Antiochi filios pueros ſcitis Ro mæ nuper fuiſſe qui uenerant non propter Syriæ regnum. Nam id ſine cõtrouerſia obtinebant ut a patre & a maioribus acceperãt

ſed regnum Egypti ad ſe & ad Selinem matrem ſuam pertinere ar bitrabantur .Hi poſtq̃ temporibus Populi Romani excluſi p Se natum agere uoluerant non potuerunt.in Syriam in regnum pa trium profecti ſunt.Eorum alter qui Anthiochus uocatur.iter p Siciliam facere uoluit.Itaque iſto Preto.uenit Syracuſas Hic Ver res hereditatem ſibi ueniſſe arbitratus eſt.ꝗ ī eius regnum ac ma nus uenerat iſte & audierat multa ſecum præclara habere. & ſuſpi cabatur mittit homini munera ſatis large.Hæc ad uſum domeſti cum uini olei quod uiſum erat. etiã tritici quod ſatis eſſet de his decumis.deinde ipſum Regem ad cenam uocauit exornat ample magnificeq; triclinium exponit.e quibus habundabat plurima ac pulcherrima uaſa argentea:nanq; hæc aurea nondum fecerat. om nibus curat rebus inſtructum & paratum ſit conuiuium . Quid multa?Rex ita diſceſſit ut & iſtum diligẽter ornatum & ſe hono rifice acceptum arbitraretur .Vocat ad cœnam deinde ipſe Præto rem exponit ſuas copias omnes.argentum non pauca etiam pocu la ex auro quæ ut mos eſt regius & maxime ī Syria gemmis erãt diſtincta clariſſimis .Erat etiam uas uinarium ex una gemma per grandi Tralla excauata cum manubrio aureo .de qua credo ſatis ydoneum ſatis grauem teſtem .Q.minutium dicere audiſtis. Iſte unumquodque uas in manus ſumere laudare.mirari Rex gauderẽ prætori ſatis iocundum & gratum illud eſſe conuiuium. Poſteaq̃ inde diſceſſum eſt cogitarẽ iſte nihil aliud q̃ id:quod ipſa res decla rauit.Niſi quemadmodum regem ex prouintia expoliatum expi latumq; dimitteret .Mittit rogatũ uaſa ea quæ pulcherrima apud illum uiderat ait ſe ſuis cælatoribus uelle oſtendere.Rex qui ipm̃ non noſſet:ſine ulla ſuſpitione libentiſſime dedit.Mittit etiã trul lam gemmeam rogatum uelle eã diligentius cõſiderare .ea quoq; ei mittitur .Nunc reliquum iudices attendite de quo & uos audi ſtis & Populus romanus non nunc primum audiet. & in exteris natõnibus ad ultimas terras peruagatum eſt.Candelabrum & gẽ mis clariſſimis & opera mirabili perfectum .Reges hi quos dico: Romam cum attuliſſent ut in Capitolio ponerent quod nõdum etiam perfectum templum offenderant:neque ponerẽ:neq; uulgo oſtendere ac proferre uoluerunt : & ut magnificentius uideretur

cum ſuo tempore in cella Iouis maximi poneretur & clarius cum pulchritudo eius recens ad occultos hominum atque integra per ueniret. Statuerunt id ſecum in Syriam reportare. ut cũ audiſſent ſimulacrum Iouis maximi dedicatum Legatos mitterẽt qui cum cæteris rebus illum quoque eximium atq; pulcherrimũ domum in Capitolium afferrent . Peruenit res ad iſtius aures neſcio quo modo nam Rex id cælatum uoluerat: non quo quiſq̃ metueret: aut ſuſpicaretur: ſed ut ne multi illud ante perciperẽt oculis q̃ Po pulus romanus. iſte petit a rege & compluribus uerbis rogat uti ad ſe mittat cupere ſe dicit inſpicere neq; ſe aliis uidendi poteſtatẽ eſſe facturum :Anthiochus qui animo & puerili eſſet & regio:ni hil de iſtius improbitate ſuſpicatus eſt. imperat ſuis ut in prætori um inuiolatum q̃ occultiſſime deferrent. Quo poſteaq̃ attulerũt in uolucriſq; reiectis conſtituerunt: iſte clamare cœpit: dignã rem eſſe regno Syrie: dignam regio munere: dignam Capitolio. Etenĩ erat eo ſplẽdore qui ex clariſſimis & pulcherrimis gemmis eſſe de bebat ea uarietate operum : ut ars certare uideretur cum copia & magnitudine ut intelligi poſſet nõ ad hominum apparatum :ſed ad ampliſſimi templi ornatum eſſe factum. quod cum ſatis iam ꝑ ſpexiſſe uideretur: tollere incipiunt : ut referrent. iſte ait ſe uelle il lud etiam atq; etiam conſiderare nequaq̃ ſe eſſe ſatiatum. iubet il los diſcedere & candelabrũ r̃linquere. ſic illi tum inanes ad Anthi ochum reuertuntur . Rex primo nihil metuere. nihil ſuſpicari di es unus alter plures non referri . Tum mittit rex ad iſtum: ſi ſibi uideatur ut reddat: Iubet iſte poſterius ad ſe reuerti. mirum illi ui deri. mittit iterum. non redditur. Ille hominem appellat rogat ut reddat . Os hnminis inſignemq; impudentiam cognoſcite. quod ſciret quodq; ex ipſo Rege audiſſet in Capitolio eſſe ponendum quod Ioui maximo :quod Populo Romano ſeruari uideret id ſi bi ut donaret rogare . Et uehementer petere cœpit . Cum ille ſe & religione Iouis Capitolini :& hominum exiſtimatione impediri diceret quod multæ nationes teſtes eſſent illius operis ac muneriſ Iſte homini minari acerrime cœpit. ubi uidet eum nihilomagis minis q̃ præcibus permoueri repente hominem de prouintia iu bet ante noctem diſcedere. ait ſe comperiſſe piratas in Siciliã ex

eius regno eſſe uenturos .Rex maximo conuentu Syracuſis in foro ne quis forte me in crimine obſcuro uerſari atque affingere aliquid ſuſpitione hominum arbitretur inquam Syracuſis flens ac deos homineſq; conteſtatus clamare cepit: Candelabrum factum e gemmis quod in Capitolium miſſurus eſſet:quod in templo cariſſimo Populi Romani monumentum ſuæ ſocietatis amicitiæq; eſſe uoluiſſet:id ſibi.C.Verrem abſtuliſſe.De cæteris operibus ex auro & Gemmis quæ ſua penes illum eſſent :ſe non laborare hoc ſibi eripi miſerum eſſe & indignum . Id & ſi antea mente & cogitatōne ſua fratriſq; ſui conſecratum eſſet:tamen tum ſe in illo conuentu ciuium Romanorum dare :donare :dicare:conſecrare Ioui maximo teſtemq; ipſum iouem ſuæ uoluntatis & religionis habere. Quæ uox :quæ latera:quæ uires huius unius criminis quærimoniam poſſint ſuſtinere? Rex anthiochus qui Romæ ante oculos omnium noſtrum biennium fere comitatu regio atque ornatu fuiſſet is cum amicus & ſotius Populi Romani amiciſſimo patre auo maioribus antiquiſſimis & clariſſimis Regibus opulentiſſimo :& maximo regno præceps e prouintia Populi Romani exturbatus eſt . Quemadmodum hoc accepturas nationes exteras quemadmodum huius tui facti famam in regna aliorum atq; in ultimas terras peruenturam putatis:cum audierint a prætore Populi romani in prouintia uiolatum regem ſpoliatum hoſpitem eiectum ſotium populi romani atq; amicum.Nomen ueſtrum populiq; romani odio atq; acerbitati ſcitote nationibus exteris Iudices futurum : ſi iſtius hæc tanta iniuria impunita diſceſſerit . Sic omnes arbitrantur : præſertim cum omnino fama de noſtrorum hominum auaricia & cupiditate percrebuerit nō iſtius ſolius eſſe facinus:ſed eorum etiam qui approbauerint . Multi reges multæ ciuitates:multi priuati opulenti ac potentes habent profecto in animo Capitolium ſic ornare :ut templi dignitas imperiiq; noſtri nomen deſiderat. Qui ſi intellexerint:interuerſo regali hoc dono grauiter uos tuliſſe grata forte uobis Populoque romano ſua ſtudia ac dona arbitrabuntur . Sin hoc uos in rege tam nobili: in re tam eximia : iniuria tam acerba neglexiſſe audierint : non erunt tam amētes ut operam curam pecuniam impendant in eas res q̃s

uobis gratas fore non arbitrentur .Hoc loco.Q. Catule te appello: loquor enim de tuo clariſſimo pulcherrimoque monumento non Iudicis ſolum ſeueritatem in hoc crimine: ſed prope inimici atque accuſatoris uim ſuſcipere debes . Tuus eſt enim honos in illo templo ſenatus Populiq; romani beneficio tui nominis æterna memoria ſimul cum templo illo conſeruatur . Tibi hæc cura ſuſcipienda:tibi hæc opera ſumenda eſt: ut Capitolium quomodo magnificentius eſt reſtitutum ſic copioſius ornatum ſit q̃ fuit ut illa flamma diuinitus extitiſſe uideatur:non quæ deleret Iouis maximi templum : ſed quæ præclarius magnificentiuſq; depoſceret .Audiſti.Q.Minutium Rufum dicere domi ſuæ diuerſatum eſſe Anthiochum Syracuſis.ſe illud ſcire ad iſtum eſſe delatum ſe ſcire non redditum .Audiſti & audies omnes e conuentu Syracuſano qui ita dicant: ſeſe audientibus illud Ioui maximo dicatum eſſe a rege Anthiocho & conſecratum . ſi iudex nõ eſſes & hæc ad te delata res eſſet : te potiſſimum hoc perſequi : te petere & agere oporteret . Quare non dubito quo animo iudex huius criminis eſſe debeas: qui apud alium iudicẽ multo acrior q̃ ego ſum actor accuſatorq; eſſe deberes . Vobis autem iudices quid hoc indignius aut quid minus ferẽdum uideri poteſt ? Verres ne habebit domi ſuæ Candelabrum Iouis maximi gemmis auroq; perfectum? cuius fulgore collucere . atque illuſtrari Iouis Maximi templum oportebat:id apud iſtum in eiuſmodi conuiuiis cõſtituetur:quæ domeſticis ſtupris flagitiiſq; flagrabuntur? In iſtius lenonis turpiſſimi domo ſimul cum cæteris Chelidonis hereditariis ornamẽtis Capitolii ornamenta ponentur ? Quid huic ſacri unquã fore aut fuiſſe religioſi putatis ? qui nunc tanto ſcelere ſe obſtrictum eſſe nõ ſentiat? qui id iudicium ueniat :ubi ne præcari quidem Iouem maximum: atque ab eo auxilium petere more omniũ poſſit a quo etiam dii immortales ſua repetũt in eo iudicio quod hominibus ad ſuas repetundas eſt conſtitutum.Miramur Athenis Mineruam Deli Appollinem Iunonem Sami Pergami Dianã :multos præterea ab iſto deos tota Aſia Græciaq; uiolatos qui Capitolio manus abſtinere non potuerit ?Quod priuati homines de ſuis pecuniis ornant:ornaturiq; ſunt id.C.Verres a regibus ornari

paſſus non eſt. Itaque hoc nefario ſcelere concepto nihil poſtea to ta in Sicilia neq; ſacri neq; religioſi eſſe duxit. Ita ſeſe in ea prouin tia per triennium geſſit ut ab iſto non ſolum hominibus: uerum etiam diis immortalibus bellum indictum putaretur. Segeſta eſt oppidũ peruetus ĩ Sicilia Iudices quod ab Enea fugiente a Troia atque in hæc loca ueniente conditum demonſtrant. Itaq; Segeſta ni non ſolum perpetua ſotietate atque amicitia: uerumetiam cog natione ſe cum Populo romano coniunctos eſſe arbitrantur. hoc quõdam oppidum cum illa ciuitas cum Penis ſuo nomine ac ſua ſponte bellaret: a Carthaginenſibus ui captum atq; deiectum eſt Omniaq; quæ ornamento ibi eſſe poſſent: Carthaginem ſunt ex illo loco deportata. Fuit apud Segeſtanoſ ex ære ſimulacrum Dia næ tum ſumma atq; antiquiſſima preditum religione: tum ſingu lari opera artificioq; perfectum. Hoc tranſlatum Carthaginem lo cum tantum homineſq; mutarat: religionem quidem priſtinam conſeruabat. Nam propter eximiam pulchritudinem etiam hoſti bus digna quam ſanctiſſime colerent: uidebatur Aliquod ſeculis poſt. P. Scipio. bello punico tertio Carthaginem cœpit qua in hi ſtoria uidete hominis uirtutem & diligentiam ut & domeſticis p̃ clariſſimæ uirtutis exemplis gaudeatis & eo maiore odio dignam iſtius incredibilem audaciam iudicetis. Conuocatis Siculis omni bus quod diutiſſime ſæpiſſimeq; Siciliam uexatam a Carthaginẽ ſibus nouerat: iubet omnia conquiri ſibi pollicetur magnæ curæ fore ut omnia ciuitatibus quæ cuiuſq; fuiſſent: reſtituerent. Tũ illa quæ fuerant quondam Himera ſublata de quibus antea dixi: Thermitanis ſunt reddita. Tum alia Gellenſibus alia Agrigenti nis: in quibus etiam ille nobilis Taurus quem crudeliſſimus om nium Tyrãnorum Phalaris habuiſſe dicitur quo uiuos ſupplicii cauſa dimittere homines & ſubicere flammam ſolebat: quem Tau rum Scipio cum redderet Agrigentinis dixiſſe dicitur: æquũ eſſe illos cogitare utrum eſſet Siculis utilius ſuiſne ſeruire an Populo romano obtemperare cum idem monumentum & domeſticæ cru delitatis & noſtræ mãſuetudinis haberent. Illo tempore maxima cum cura Segeſtanis hæc ipſa Diana de qua dicimus: redditur: re portatur ſegeſtam in ſuis antiquis ſedibus ſumma cum gratulatõ

ne ciuium & lætícia reponitur. Hæc erat repoſita Segeſtæ ſane ex celſa in baſi in qua grandibus litteris. P. Africani nomen erat inci ſum eumq; Carthagine capta reſtituiſſe præſcriptum. colebatur a ciuibus. ab omnibus aduenis uiſebatur. Cum quæſtor eſſem ni hil mihi ab illis eſt demonſtratum prius. Erat admodum amplũ & excelſum ſignum cum ſtola. uerumtamẽ inerat in illa magnitu dine ætas atq; habitus uirginalis ſagitte pendebant ab humero ſi niſtra manus retinebat arcum: dextra ardentem facem præferebat Hæc cum iſte ſacrorum omnium hoſtis religionumq; prædo ui diſſet quaſi ipſe illa face percuſſus eſſet: ita flagrarẽ cupiditate atq; a mentia cepit. Imperat Magiſtratibus iſte ut eam demoliantur & ſibi dent. nihil ſibi gratius oſtendit futurum. Illi uero dicere id ſi bi nephas eſſe: ſeq; tum ſumma religione tum ſummo metu legũ & iudiciorum teneri. Iſte cum petere ab illis tum minari tũ ſpem tum metum oſtendere. Opponebant illi interdum nomen Afri cani donum populi Romani illud eſſe: dicebant nihil ſe in eo po teſtatis habere: quod Imperator clariſſimus urbe hoſtium capta monumentum uictoriæ populi Romani eſſe uoluiſſet. Cum iſte nihilo remiſſius atq; etiam multo uehementius inſtaret quotidie res agitur in ſenatu. uehementer ab omnibus reclamatur. Itaq; il lo tempore ac primo iſtius aduentu pernegatur. poſtea quicquid erat oneris in nautis remigibus exigendis in frumento imperãdo Segeſtanis præter cæteros imponebat aliquanto amplius q̃ ferre poſſent: præterea Magiſtratus eorum euocabat: Optimum & no biliſſimum quemq; ad ſe accerſebat: circum omnia prouintiæ lo ca rapiebat ſigillatim unicuiq; calamitati fore ſe denuntiabat uni uerſam ſe funditus illam euerſurum eſſe ciuitatẽ minabatur. Itaq; aliquando multis malis magnoq; metu uicti ſegeſtani præto. im perio parendum eſſe decreuerunt. magno cum luctu & gemitu to tius ciuitatis multis cũ lachrymis & lamentatione uirorum muli erumq; omnium ſimulacrum Dianæ tollendum locatur. Vidéte quanta religione fuerit apud Segeſtanos repertum eſſe Iudices ne minem ſcitote neq; ſeruum neq; ciuem neq; peregrinum qui illud ſignum auderet attingere. barbaros quoſdam Lilybeos ſcitote ad uocatos eſſe operarios. Hi deniq; illud ignari potius negocii ac re

ligionis mercede accepta ſuſtulerunt. Quod cum ex Oppido ex portaretur quem conuẽtum mulierum factum eſſe arbitramini? quem fletum maiorum natu? quorum nonnulli etiam illum diẽ memoria tenebant. Cum enim illa eadem Diana Segeſtam Car thagine reuecta uictoriam populi Romani reditu ſuo nuntiaſſet q̃ diſſimilis hic dies illi tempori uidebatur: Cum Imperator Po puli Romani uir clariſſimus deos patrios reportabat Segeſtanis: ex urbe hoſtium recuperatos: nũc ex urbe ſotiorum prætor æqui dem populi romani turpiſſimus atq; impuriſſimus eoſdem illos nephario ſcelere auferebat. Quid hoc tota Sicilia eſt clarius: q̃ om nes Segeſtanas matronas & uirgines cõueniſſe cum Diana expor taretur ex oppido? unxiſſe unguentis compleſſe coronis & flori bus thure odoribuſq; incenſis: uſq; ad agri fines proſecutas eſſe? Hanc tu tantam religionem ſi cum imperio propter cupiditatem atque audaciam non timeſcebas: nec nunc quidem in tanto tuo li berorumq; tuorum periculo perhorreſcis? Quem tibi autem ho minem inuitiſ diis immortalibus aut uero deum tantis eorum re ligionibus uiolatis auxilio futurum putas? Tibi illa Diana in pa ce atq; in ocio religionem nullam attulit: quæ cum duas urbes in quibus locata fuerat: captas incenſaſq; uidiſſet bis ex duorum bel lorum flamma ferroq; ſeruata eſt. quæ Carthaginenſium uictoria loco mutato religionem tamen non amiſit. P. Africani uirtute re ligionem ſimul cum loco recuperauit. Quo quidẽ ſceler̃ ſuſcepto cũ inanis eſſet baſis & in ea. P. Africani nomen inciſum: res indig na atq; intolleranda uidebat̃ omnibus nõ ſolũ religiones eſſe uio latas: uerumetiam. P. Africani uiri fortiſſimi rerum geſtarum glo riam memoriam uirtutis monumenta uictoriæ. C. Verrem ſuſtu liſſe. Quod cum iſti renuntiaretur de baſi ac litteris: exiſtimauit homines ĩ obliuionem totius negocii eſſe uenturos: ſi etiã baſim tanq̃ indicem ſui ſceleris ſuſtuliſſet. Itaq; tollendam iſtius impio locauerunt quæ uobis locatio ex publicis Segeſtanorum litteris priore actione recitata eſt. Te nunc. P. Scipio te inq̃ lectiſſimum ornatiſſimumq; adoleſcentem appello abs te officiũ tuũ debitum generi & nomini requiro & flagito. Cur ꝓ iſto q laudẽ honorẽq; familiæ. ur̃æ depeculatus eſt: pugnas? Cur eũ defenſum eſſe uelis?

Cur ego tuas partes ſuſcipio? Cur tuum onus ſuſtineo? M. Tullius .P. Africani monumenta requirit: P. Scipio? eum qui illa ſuſtulit: defendit cum mos a maioribus traditus ſit: ut monumenta maiorum ita ſuorum quiſq; defendat: ut ea ne ornari quidem nomine alieno ſinat: tu iſti aderis: qui non obtruſit aliqua ex parte monumenta. P. Scipionis: ſed funditus ſuſtulit ac deleuit? Quiſnam igitur per deos immortales tuebitur .P. Scipionis memoriã mortui? Quis monumenta atque indicia uirtutis ſi tu ea relinqs ac deſeris? neque ſolum ſpoliata illa patiere: ſed etiam eorum ſpoliatorem uexatoremq; defendes? Aſſunt Segeſtani Clientes tui ſotii: populi Romani atque amici certiorem te faciunt .P. Africanũ Carthagine deleta ſimulacrum Dianæ maioribus ſuis reſtituiſſe: Idq; apud ſegeſtanos eius Imperatoriſ nomine poſitum ac dedicatum fuiſſe. Hoc Verrem demoliendum & aſportandum noméq; omnino .P. Scipioniſ delendum tollendumq; curaſſe. orant atq; obſecrant ut ſibi religionem generi tuo laudem gloriamque reſtituas, aut quod ex urbe hoſtium per .P. Africanum recuperarint: id per te ex prædonis domo conſeruare poſſint. Quid aut his reſpondere honeſte potes aut illi facere: ut te ac fidem tuam implorent? Aſſunt et implorant. potes domeſticæ laudiſ amplitudinem Scipio tueri? potes omnia in te ſunt: quæ aut fortuna hominibus aut natura largitur. Non præterrumpo fructum officii tui Non alienam mihi laudem appeto nõ eſt pudoris mei .P. Scipione florentiſſimo adoleſcente uiuo & incolumi me propugnatorem monumentorum. P. Scipionis defenſorem profiteri. Quamobrem ſi ſuſcipis domeſticæ laudis patrocinium: me non ſolum ſilere de ueſtris monumentis oportebit: ſed etiam lætari. P. Africani eiuſmodi eſſe fortunas mortui: ut eius honos ab his qui ex eadem familia ſunt: defendatur: neq; ullum aduenticiũ requirat auxiliũ. ſi iſtius amicitia te impediet: ſi hoc qđ abs te poſtulo ad officiũ tuũ minus ptinere arbitrabere: ſuccedã ego uicarius tuo munere: ſuſcipiam ptes quas alienas eſſe arbitrabar. Ne iſta præclara nobilitas deſinat quæri populum Romanum hominibus nouis atq; induſtriis libenter honores mãdare: ſemperq; mandaſſe. Nõ eſt quærẽdũ in ea ciuitate q̃ ꝓpter uirtutem omnibus nationibus imperat

uirtutem plurimum noſſe. Sit apud alios imago.P.Africani. or nentur alii mortui uirtute ac nomine. Talis ille uir fuit ita de Po pulo romano meritus eſt: ut non uni familiæ: ſed uniuerſæ ciuita ti commendatus eſſe debeat. Eſt aliqua mea pars uirilis quod eiuſ ciuitatis ſum: quam ille amplam illuſtrem claramq; reddidit. pre cipue ꝙ ĩ his artibus Romæ a patre uerſor. quarum ille princeps fuit: Equitate: induſtria: temperãtia: defenſione miſerorum: odio improborum: que cognatio ſtudiorum & artium propemodum non minus eſt coniuncta: q̃ iſta qua uos delectamini generis & nominis. Repeto abs te Verres monumentum.P. Africani cau ſam Siculorum quam ſuſcepi: r̄linquo iudicium de pecuniis repe tundis ne ſit hoc tempore. Segeſtanorum iniuriæ negliguntur Baſis.P.Africani reſtituatur nomen inuictiſſimi Imperatoris inci datur ſignum pulcherrimum Carthagine captum reponat᷑. Hæc abs te non Siculorum defenſor non tuus accuſator non ſegeſtani poſtulant. ſed is qui laudem gloriamq;.P.Africani tuendam con ſeruandamque ſuſcepit. Non uereor ne hoc officium meum.P. Seruilio Iudici non probem qui cum reſ maximas geſſerit monu mentaque ſuarum rerum cum maxime conſtituat: atque in his e laboret: profecto uolet hæc non ſolum ſuis poſteris: uerumetiam omnibus uiris fortibus & bonis ciuibus defendenda non ſpolian da improbis tradere. Non uereor ne tibi.Q.Catule diſpliceat: cu ius ampliſſimum in orbe terrarum clariſſimumq; monumentum eſt: quamplurimos eſſe cuſtodes monumentorum putare omnes bonos alienæ gloriæ defenſionem ad officium ſuum pertinere. Et quidem cæteris iſtius furtis atque flagitiis ita moueor: ut ea repre hendenda tantum putem. Hic uero tantum dolore afficior: ut ni hil mihi indignius ferendum eſſe uideatur. Verres Africani mo numentis domum ſuam plenam ſtupri: plenam flagitii: plenã de decoris ornabit? Verres temperatiſſimi ſanctiſſimiq; uiri monu mentum Diane ſimulacrum uirginis in ea domo collocabit. In qua ſemper meretricum Lenonumq; flagitia uerſantur? at hoc ſo lum Africani monumentum uiolaſti? Quid? a Tindaritanis nõ eiuſdem Scipionis beneficio poſitũ ſimulacrũ Mercurii pulcherri me factũ ſuſtuliſti? At quemadmodũ dii immortales q̃ audacter

q̃ libidinoſe:q̃ impudenter. Audiſtis nuper dicere Legatos Tin
daritanos homines honeſtiſſimos ac principes ciuitatis Mercuri
um qui ſacris anniuerſariis apud eos ac ſumma religione coleret᷑
Quem.P. Africanus Carthagine capta Tindaritanis non ſolum
ſuæ uictoriæ: ſed etiam illorum fidei ſocietatiſq; monumentum
ac indicium dediſſet. huius ui ſcelere imperioque eſſe ſublatum.
Qui ut primum in illud oppidum uenit: ſtatim tanquã ita fieri
non ſolum oporteret:ſed etiam neceſſe eſſet tanquam hoc ſenatuſ
mandaſſet Populuſque Romanus iuſſiſſet: ita continuo ſignum
ut demolirentur: & Meſſanam deportarent: imperauit. Quod
cum illis qui aderant indignum: qui audiebant incredibile uide
retur. Non eſt ab iſto primo illo aduentu perſeueratum. Diſce
dens mandat Proagoro Sopatreo cuius uerba audiſtis:ut demoli
atur.cum recuſaret:uehementer minatur.ita cum ex illo oppido
proficiſcit᷑ proagorus refert rem ad Senatum uehementer undiq;
reclamatur. Ne multa iterum iſte aliquanto poſt ad illos uenit q̃
rit continuo de ſigno.reſpõdetur ei Senatum non permittere pœ
nam capitis conſtitutam ſi in iuſſu Senatus quiſq̃ attigiſſet ſimul
religio commemorabatur. Tum iſte quam mihi religionem nar
ras?quam pœnam?quem Senatum? uiuum te non relinquã mo
riere uirgis niſi ſignum traditur.Sopater iterum flens ad Senatũ
defert iſtius cupiditatem minaſq; demonſtrat. Senatus Sopatro
reſponſum nullum dat ſed commotus perturbatuſq; diſcedit.Ille
prætor accerſitus nuntio rem demonſtrat. negat ullo modo fieri
poſſe.Atq; hæc nihil enim prætermittendum De iſtius impuden
tia uidetur. Agebatur in conuentu palam de Sella ac de loco ſu
periore. Erat hyemis ſumma tempeſtas ut ipſum Sopatrum dice
re audiſtis.perfrigida hymber maximus cum iſte imperat lictori
bus ut Sopatrum de porticu in qua ipſe ſedebat præcipitem in fo
rum deiciant: nudumque conſtituant. Vix erat hoc plane etiam
impetratum: cum illum ſpoliatum ſtipatumque lictoribus uide
res. Omnes ideo putabant ut miſer atque innocens uirgis cedere
tur: fefellit hæc homines opinio. Virgis iſte cederet ſine cauſa ſo
tium Populi Romani atque amicum non uſque eo improbus.
Non omnia ſunt in uno eo uitia. Nunquam fuit crudelis leuiter

hominem clementerque accepit. Equeſtres ſunt in medio forum Marcellorum ſtatue ſicuti fere ī cæteris oppidis Siciliæ ex quibus iſte. C. Marcelli ſtatuam delegit cuius officia in illa ciuitate totaq; prouintia recentiſſima erant & maxima in ea ſopatrum hominem tum domi nobilem tum ſummo Magiſtratu præditum diuarica ri ac deligari iubet. Quo cruciatu ſit affectus uenire in mentem neceſſe eſt omnibus cum eſſet uictus nudus in aere in hymbri in frigore: nec tamen finis huic iniuriæ crudelitatique fiebat: donec populus atque uniuerſa multitudo atrocitate rei miſericordiaque commota Senatum clamore coegit: ut & ſimulacrum illud Mer curii polliceretur. Clamabant fore ut ipſi ſeſe dii immortales ul ciſcerentur. hominē interea perire innocentem non oportere. Tū frequens Senatus ad eum uenit pollicetur ſignum. Ita Sopater de ſtatua. C. Marcelli cum iam pene obduruiſſet uix uiuus aufer tur. Non poſſum diſpoſite iſtum accuſare: ſi cupiam opus eſt nō ſolum ingenio: uerumetiam artificio quodam ſingulari. Vnum hoc crimen uidetur eſſe & a me pro uno ponitur. De Mercurio Tindaritano plura ſunt. ſed ea quo pacto diſtinguere ac ſperare poſſim: neſcio. Eſt pecuniarum captarum quod ſignum a ſotiis pecuniæ magne ſuſtulit. Eſt peculatus quod publice Populi Ro mani ſignum de præda hoſtiū captum poſitum Imperatoris no ſtri nomine non dubitauit auferre. Eſt maieſtatis quod imperii noſtri gloriæ rerumq; geſtarum monumenta euertere atq; aſpor tare auſus eſt. Eſt ſceleris ꝙ religiones maximas uiolauit. Eſt cru delitatis ꝙ in hominem innocentem in ſotiū noſtrum atq; amicū nouum ac ſingulare ſupplicii genus excogitauit. Illud uero quid ſit iam non queo dicere. quo nomine appellem: neſcio quidem in C. Marcelli ſtatua quid eſt hoc? patronus ne quod erat? quid tū? quo id ſpectat? utrum ea res ad opem: an ad calamitatem Clienti um atq; hoſpitū ualere debebat? an ut hoc oſtenderes contra uim tuam in patronis nihil præſidii eſt? Quis hoc non intelligeret in improbi præſentis imperio maiorem uim q̄ in bonorum abſenti um patrocinio: An uero ex hoc illa tua ſingularis ſignificatur in ſolentia: ſuperbia: contumacia detrahere uidelicet aliquid te de magnitudine Marcellorum putaſti. Itaque nunc Siculorum:

Marcelli nõ ſunt patroni. Verres in eorum locum ſubſtitutus eſt Quam in te tantam uirtutem eſſe .aut dignitatem arbitratus es? ut conarere Clientelam tam illuſtrem tam ſplendide prouintiæ tranſducere te auferre a certiſſimis antiquiſſimiſq; patronis? Tu iſta ſtulticia nequicia inertia non modo totius Siciliæ ſi unius te nuiſſimi Siculi clientelam tueri potes? Tibi Marcelli ſtatua ꝓ pa tibulo in clientes Marcellorum fuit. Tu ex illius honore in eos ipſos qui honorem illi habuerant ſupplicia quærebas. Quid po ſtea? quid tandem tuis ſtatuis fore arbitrabare? An uero id quod accidit? Nam Tindaritani ſtatuam iſtius quam ſibi propter Mar cellos altiori etiam baſi poni iuſſerat deturbarunt ſimul ac ſeceſſũ iſtius audierunt. Dedit igitur tibi fortuna Siculorum. C. Marcel lum iudicem ut cuius ad ſtatuam Siculi te Pre. alligabantur eius religioni te eundem uictum aſtrictumq; dedamus. ac primo iud. hoc ſignum Mercurii dicebat iſte Tindaritanos. C. Marcello hu ic Aeſernua uendidiſſe. atq; hoc ſua cauſa etiam Marcellum ipſũ ſperabat eſſe dicturum quidem nunq̃ mihi ueriſimile uiſum eſt Adoleſcẽtem illo loco natum patronum Siciliæ nomen ſuum ad tranſlationem criminis commendaturum. Verumtamen iſta res mihi tota preuiſa atq; precauta eſt. uti ſi maxime eſſet inuentus: q in ſe ſuſcipere iſtius culpam crimenq; cuperet tamen is proficerẽ ni hil poſſet. Eos enim teſtes adduxi: & eas litteras deportaui ut de iſtius facto nemini dubiũ eſſe poſſet. Publicæ litteræ ſunt: depor tatum eſſe Mercurium Meſſenam ſumptu publico. dicunt quãti prefuiſſe huic negocio publice legatum Poleam. Quid is? ubi ẽ? præſto eſt. teſtis eſt. Proagori Sopatri iuſſu. Quis eſt hic? qui ad ſtatuam aſtrictus eſt. Quid is? ubi eſt. uidiſtis hominem. & uer ba eius audiſtis. demoliendũ curauit Demetrius Gymnaſiarchuſ ꝙ is ei loco preerat. quid? hoc nos dicimus? ymmo uero ipſe præ ſens Romæ nuper ipſum eſſe pollicitum ſeſe id ſignum Legatis eſſe redditurũ ſi eius rei teſtificatio tolleret cautũ eos eſſe teſtimo niũ non eſſe dicturos. Dixit hocapud uos Zoſippus & Iſmenias homĩes nobiliſſimi & ꝓncipes Tindaritane ciuitatis. qd agrigẽto nõne eiuſdẽ Scipionis monumẽtũ ſignũ Appolliniſ pulcherrimũ cuius ĩ femĩe litterulis minutis argẽteis Myronis nomẽ erat iſcrip

tum ex Eſculapii religioſiſſimo fano ſuſtuliſti.˜ Quod iſte iudiceſ
cum clam feciſſet: cum ad ſuum ſcelus illud furtumque nefarios
quoſdam homines improbos Duces atque adiutores adhibuiſſet
uehementer commota ciuitas eſt. Vno eorum tempore Agrigen
tini beneficium Africani religionem domeſticam ornamẽtum ur
bis indicium uictorie teſtimonium ſotietatis requirebant. Itaque
ab illis qui principes in ea ciuitate erant: precipitur & negocium
dat˜: Quæſtoribus & Edilibus ut noctu uigilias agerent ad ædes
ſacras. Etenim iſte Agrigenti credo pro multitudine illorum ho
minũ atq; uirtute & quod ciues Ro. uiri fortes ac ſtrennui & ho
neſti permulti in illo oppido cõiunctiſſimo animo cũ ipſis Agri
gentinis uiuunt & negociãtur non audebat palam tollere aut po
ſcere quæ placebant. Herculis templum eſt apud Agrigentinos
non lõge a foro ſane ſanctum apud illos & religioſum. Ibi eſt ex
ære ſimulacrum ip̃ius Herculis quo non facile quicq̃ dixerim me
uidiſſe pulchrius. tam &ſi non tam multum in iſtis rebus intelli
go q̃ multa uidi uſq; eo Iudices ut rictus eius ac mentum ſit pau
lo atrocius quod in precibus & gratulationibus non ſolum id ue
nerari uerumetiam oſculari ſolent. Ad hoc templũ cum eſſet iſte
Agrigenti duce Timarchide repente nocte intempeſta ſeruorum
armatorum fit concurſus atq; impetus. clamor a uigilibus faniq;
cuſtodibus tollitur qui primo cum obſiſtere ac defendere conarẽ
tur˜ male mulctati clauis ac fuſtibus repelluntur. Poſtea cõuulſis
repagulis effractiſq; ualuis demoliri ſignũ ac uectibus labefactare
conantur. Interea ex clamore fama tota urbe percrebruit. expug
nare deos patrios non hoſtium aduentum neq; repentino prædo
num impetu ſed domo atq; cohorte prætoria manum fugitiuoꝝ
inſtructam armatamq; ueniſſe. Nemo Agrigenti neque ætate tã
affecta neque uiribus tam infirmis fuit: qui non illa nocte eo nũ
tio excitatus ſurrexerit telumq; quod cuiq; ſors offerebat: arripue
rit. Itaque breui tempore ad fanum ex urbe tota concurrit˜. Ho
ra amplius iam in demoliendo ſigno permulti homines moliebã
tur. Illud interea nutabat ex parte cũ alii uectibus ſubiectis cona
rent˜ cõmouere. alii deligatũ omnibus mẽbris rapere ad ſe funibuſ
Repente Agrigẽtini cõcurrũt fit magna lapidatio dant ſeſe i fugã

iſtius præclari imperatoris nocturni milites.Duo tamen ſigilla p̱
paruula tollũt ne omnino inanes ad iſtum prædonem religionũ
reuerterentur .Nunq̃ tantũ mali eſt Siculis quin aliquid facete &
commode dicant:uelut in hac re.Aiebant in labores Herculis nõ
minus hunc immaniſſimũ Verrem q̃ illũ Aprum Erimanthium
referri oportere . Hãc uirtutem Agrigentinorũ imitati ſunt Aſſo
rini poſtea uiri fortes & fideles :ſed nequaq̃ ex tam ampla neq; tã
ex nobili ciuitate.Chryſas eſt amnis qui per Aſſorinorum agros
fluit .Is apud illos habetur deus & religione maxima colitur. Fa
num eſt eius in agro propter ipam uiam qua Aſſoro itur Neunã
In eo Chryſe eſt ſimulacrum præclare factum e marmore . Id iſte
poſcere Aſſorinos propter ſingularem eius fani religionem nõ au
ſus eſt. Thepolemo dat Hieroniq; negociũ illi nocte facta manu
armataq; ueniunt.fores ædis effringunt editui cuſtodeſq; mature
ſentiunt. Signum quod erat notum uicinitati buccina datur. ho
mines ex agris concurrunt. Eicitur fugaturq; Thepolemus :neq;
quicq̃ ex fano Chryſe præter unum perparuulũ ſignũ ex ære deſi
deratum eſt. Matris magnæ fanum apud inguinos eſt.iam enim
mihi non modo breuiter quoq; dicendum eſt:ſed etiam prætereũ
da uidentur eſſe permulta ut ad maiora iſtiuſ & illuſtriora in hoc
genere furta & ſcelera ueniamus .In hoc fano loricas galeaſq; æne
as cælatas opere Corinthio hydriaſq; grãdes ſimili in genere atq;
eadem arte perfectas .Idem ille.P.Scipio uir omnibus rebus præ
cellentiſſimus poſuerat.& ſuum nomẽ inſcripſerat. Quid iam de
iſto plura dicam aut quærar:omnia illa iudices abſtulit. nihil in
religioſiſſimo fano præter ueſtigia uiolate religionis nomẽq; .P.
Scipionis reliquit.hoſtium ſpolia monumenta Imperatorũ deco
ra atq; ornamenta fanorum . poſthac his præclaris nominibus a
miſſis in inſtrumento ac ſuppellectili.C.Verres nominabuntur.
Tu uidelicet ſolus uaſis Corinthis delectaris . Tu illius æris tẽp
tationem.tu operum liniamenta ſollertiſſime perſpicis . Hæc Sci
pio ille homo doctiſſimus atq; humaniſſimus non intelligebat.
Tu ſine ulla bonã arte ſine humanitate ſine ingenio ſine litteris ĩ
telligis & iudicas.Vide ne ille non ſolum temperantia :ſed etiã in
telligentia te atq; iſtos qui ſe elegantes dici uolũt uicerit. Nam q̃

pulchra eſſent:intelligebat.Idcirco exiſtimabat ea nō ad hominū luxuriam ſed ad ornamētum fanorum atq; oppidorum eſſe facta ut poſteris noſtris ornamenta religioſa eſſe uideantur .Audite eti am ſingularem eius Iudices cupiditatem:audaciam:amentiam.in his præſertim ſacris polluendis quæ non modo manibus attingi ſed ne cogitatione uiolari fas fuit ;Sacrarium cæteris eſt apud Ca tinenſes eadem religione qua Romæ qua in cæteris locis qua pro pe in toto orbe terrarum .In ea ſacrario in intimo fuit ſignum cæ teris perantiquum quod uiri non modo cuiuſmodi eſſet : ſed ne eſſe quidem ſciebant .Aditus enim ad id ſacrarium non eſt uiris. ſacra per mulieres ac uirgines confici ſolent . Hoc ſignum noctu clam iſtius ſerui ex illo religioſiſſimo atq; ātiquiſſimo fano ſuſtu lerunt.Poſtridie ſacerdotes cæteris ac illius fani antiſtites maioreſ natu ꝓbate ac nobiles mulieres rem ad Magiſtratus ſuos deferūt omnibus acerbum indignum luctuoſum deniq; uidebatur . Tū iſte permotus illa atrocitate negocii ut ab ſe ſceleris iſtius ſuſpitio remoueretur :dat hoſpiti ſuo cuidam negocium ut aliquem repe riret:quē ea feciſſe inſimularet daretq; operā:ut is eo crimine dam naretur:ne ipſe eſſet in crimine.Res non procraſtinatur .Nam cū iſte Catinam profectus eſſet:ſerui cuiuſdam nomen defertur:is ac cuſatur:ficti teſtes in eum dantur :rem cunctus Senatus Catinen ſium legibus iudicat .Sacerdotes uocantur: ex his quæritur ſecre to in Curia quid eſſet factum quemadmodum arbitrarentur ſig num eſſe ablatum. Reſpondent illi præto.in illo loco ſeruos eſſe uiſos.res quæ eſſet antea non obſcura Sacerdotum teſtimonio ꝑ ſpicua eſſe cepit .Itur in conſilium ſeruus ille innocens omnibus ſententiis abſoluitur quo facilius uos hunc omnibus ſentētiis cō demnare poſſitis. Quid enim poſtulas Verres? quid ſperas? quē tibi aut deorum aut hominum auxilio putas futurum? Eo ne tu ſeruos ad ſpoliandum fanum immittere auſus es? quo liberos adi re ne orādi quidem cauſa fas erat? His ne rebus manus afferre nō dubitaſti a quibus etiam oculos cohiberet te religionum iura co gebant? Tametſi ne oculis quidem captus in hanc fraudem tā ſce leratam ac tam nefariam decidiſti:nam id concupiſti:quod nunq̄ uideras.Id inquā adamaſti quod antea nō aſpexeras. Auribus tu

tantam cupiditatem concepiſti ut eam nõ metus:non religio :nõ deorum uis:non hominum exiſtimatio cõtineret .At ex uiro bo no audieras credo & bono autore qui id poteſt:˙qui ne ex uiro q dem audire potueris . Audiſti igitur ex muliere quoniam id uiri neq; uidiſſe neq; noſſe poterant . Qualem porro illam fœminam fuiſſe putatis Iudices q̃ pudicam quæ cum Verre loqueretur q̃ re ligioſam quæ ſacrarium ſpoliandi oſtenderet rationem:˙ At mini me mirum quæ ſacra per ſummam caſtimoniam uirorũ: atq; mu lierum erant eadem per iſtius ſtuprum ac flagitium eſſe uiolata . Quid ergo:˙hoc ſolum auditionem nobiliſſimi atq; antiquiſſimi Fani de qua priore actione teſtes dicere audiſtis.Nunc illa eadem quæſo audite & diligenter ſicut adhuc feciſtis:attendite.Inſula eſt Melita iudices ſatis lato a Sicilia mari periculoſoq; diſiuncta in q̃ eſt eodem nomine oppidum quo iſte nunq̃ acceſſit.quod tamen iſti in textrinum per triénium ad muliebrem ueſtem fuit . Ab eo oppido non longe in Promuntorio Fanum eſt Iunonis antiquũ quod tãta religione ſemper fuit :ut non modo illis punicis bellis quæ in fere locis nauali prælio geſta atq; uerſata ſunt ſed etiam in hac prædonum multitudine ſemper inuiolatum ſãctumq; fuerit Qui etiam hoc memoriæ proditum eſt:claſſe quondam Maſaniſ ſe regis ad eum locum appulſa Præfectum regium dentes eburne os incredibili magnitudie e Fano ſuſtuliſſe & eos Africã portaſſe Maniſaniſſæq; donaſſe. Regem quidẽ primo delectatum eſſe mu nere.poſt ubi audiſſet unde eſſent: ſtati cærtos homines in quĩq; remi miſiſſe qui eos dentes reportarent.Itaq; in his ſcriptum litte ris punicis fuit regem Maſaniſſam imprudentem accepiſſe re cog nita reponendos reſtituendoſq; curaſſe . Erat præterea magna uis eboris multa ornamenta ĩ quibus eburneæ uictoriæ antiquo ope re & ſumma arte perfectæ .Hæc iſte omnia ne multis morer :uno nuntio p ſeruos uenerioſ quos eius rei cauſa miſerat tollenda atq; aſportãda curauit. Proch dii immortales quem ego hominem ac cuſo:˙quem ego legibus ac iudiciali iure perſequor de quo uos ſẽ tentiam per tabellam feretis :˙ Dicunt Legati Melitenſes publice ſpoliatum tẽplum eſſe Iunonis.nihil iſtum in religioſiſſimo fano reliquiſſe quem in locum claſſes hoſtium ſæpe acceſſerũt ubi pira

te fere quot annis hyemare ſolebant quod neq; prædo uiolauerit antea neq; hoſtis attigerit id ab uno iſto ſic ſpoliatū eſſe :ut nihil omnino ſit relictum .Hic nūc iſte reus aut ego accuſator aut hoc iudicium appellabitur. Criminibus enim coarguitur aut ſuſpitionibus in iudicium uocatur.dii ablati fana uexata nudatæ urbes r̄periuntur .Earum autem rerum nullam ſibi iſte neq; inficiandi rationem:neq; defendendi facultatem reliquit omnibuſ in rebus coarguitur a me conuincitur a teſtibus urgetur confeſſione ſua maniſeſtis ī maleficiis tenetur & manet etiam ac tacitus mecum facta ſua recognoſcit . Nimium mihi diu uideor in uno genere uerſari criminumq; ſentio iudices occurrendum eſſe ſacietati aurium animorumq; ueſtrorum .quamobrem multa prætermittam . Ad ea autem quæ dicturus ſum reficite uos quæſo iudices per deos immortales per eos ipſos de quorum religione iam diu dicimus.dū id eius facinus commemoro & profero quo prouintia tota cōmota eſt.de quo ſi paulo altius ordiar ac repetere memoriam religionis uidebor:ignoſcite.Rei magnitudo me breuiter perſtringere atrocitatem criminis non ſinit. Vetus eſt hæc opinio quæ conſtat ex antiquiſſimis Græcorum litteris atq; monumētis. Inſulam Siciliam totam eſſe Cereri ac libere conſecratam hoc cum cætere gētes ſic arbitrantur . Tum ipſis Siculis tam perſuaſum ē ut animis eorum inſitum atq; innatum eſſe uideatur .Nam & natas eſſe has in his locis deas & fruges in ea terra primum repertas arbitrantur & raptam eſſe liberam quam eandē proſerpinam uocant.ex Etnenſium nemore:qui locus ꝙ in media eſt inſula ſitus Vmbilicus Siciliæ nominatur.Quam cum inueſtigare & conquirere Ceres uellet dicitur inflammaſſe Thedas ex his ignibus qui ex etne uertice erumpunt.quas ſibi cum ipſa præferret. Orbē omnium peragraſſe terrarum . Etna autem ubi ea quæ dico geſta eſſe memorantur eſt loco præcelſo atq; ædito quo in ſummo eſt æquata agri planities & aquæ peremnes . Tota uero omni aditu circumciſa atq; direpta eſt. quam circa lacus luciq; ſunt plurimi & lectiſſimi flores omni tempore anni locus ut ipſe raptum illum uirginis quē iam a pueris accepimus declarare uideatur . Etenim propter eā Ditem patrem ferūt repente cum curru extitiſſe abreptāq; ab eo loco uir

ginem ſecum aſportaſſe. Et ſubito non longe a Syracuſis penetraſ ſe ſub terras. Lacumq; in eo loco repente extitiſſe. Vbi uſque ad hoc tempus Syracuſani feſtos dies anniuerſarios agunt celeberri mo uirorum mulierumq; conuentu. propter huius opionem ue tuſtatem quod eorum in his locis ueſtigia ac prope incunabula r̃ periuntur deorum mira quedam tota Sicilia priuatim ac publice religio eſt Cereris Etnenſis. Etenim multa ſæpe prodigia uim ei us numenq; declarant. multis ſæpe in difficillimis rebus præſens auxilium eius oblatum eſt: ut hæc inſula ab ea non ſolum diligi ſed etiam incoli cuſtodiriq; uideatur. nec ſolum Siculi uerumeti am cætere gentes nationeſq; Etnenſem Cererem maxime colunt. Etenim ſi Athenienſium ſacra ſumma cupiditate expetuntur: ad quos Ceres in illo errore ueniſſe dicitur frugeſq; attuliſſe quantã eſſe religionem conuenit eorum apud quos eam natam eſſe & fru gem inueniſſe conſtat. Itaq; apud patres noſtros atroci ac diffici li Reipublice tempore cum Ty. Graccho occiſo magnorum peri culorum metus ex oſtentis portenderetur. P. Mutio Calphurnio Conſulibus: aditum eſt ad libros Sybillinos a quibus inuentum eſt Cererem antiquiſſimam placari oportere. Tum ex ampliſſimo collegio decemuirali ſacerdotes Populi Romani. cum eſſet in ur be noſtra pulcherrimum & magnificentiſſimum templum. tamẽ uſq; Etnam profecti ſunt. Tanta enim erat auctoritas & uetuſtas illius religionis. Vt cum illuc irent nõ ad ædem Cereris ſed ad ip ſam Cererem proficiſci uiderentur. Non obtũdam diutius aures ueſtras iam dudum uereor: ne oratio mea aliena ab iudiciorum ra tione & quotidiana dicendi conſuetudine eſſe uideatur. Hæc di co hanc ipſam Cererem antiquiſſimam religioſiſſimam Principẽ omnium ſacrorum quæ apud omnes gentes natõneſq; fiunt a. C. Verre ex ſuis templis ac ſedibus eſſe ſublatam. Qui acceſſiſtis Et nam uidiſtis ſimulacrum Cereris e marmore: & in altero templo Libere. Sunt ea perampla atque præclara ſed non ita antiqua. Ex ere fuit quodam modica amplitudine ac ſingulari opere cum faci bus perantiquum omnium illorum quæ ſunt in eo fano multo antiquiſſimum. id ſuſtulit. attamen eo contentus non fuit. Ante ædem Cereris in aperto & propatulo loco ſigna duo ſunt Cereriſ

unum alterũ Triptolomi & pulcherrima & perampla his pulchritudo periculo amplitudo ſaluti fuit quod eorum demolitio atq; aſportatio perdifficilis uidebatur. Inſiſtebat in manu Cereris dextra ſimulacrum pulcherrime factum uictoriæ. hoc iſte e ſigno Cereris auellendum aſportandumq; curauit. Qui tandem iſtius animus eſt: nunc in recognitione ſcelerum ſuorum? cum egoipſe in commemoratione eorum non ſolum animo commouear: uerum etiam corpor̃ perhorreſcam? Venit enim mihi fani loci religionis illius in mentem. uerſãtur ante oculos omnia. Dies ille quo ego Etnam cum ueniſſem præſto mihi ſacerdotes Cereris cum infulis ac uerbenis fuerunt. Contio conuentuſq; ciuium in quo ego cũ loquerer tanti fletus gemituſq; fiebant: ut acerbiſſimus tota orbe luctus uerſari uideretur. Non illi Decumarum imperia: non bonorum direptioneſ: non iniqua iudicia: non importuniſſimas iſtius libidines: non uim: non contumelias quibus operti oppreſſiq; erant: conquerebantur Cereris numen ſacrorum uetuſtatem fani religionem iſtius ſceleratiſſimi atq; audaciſſimi ſupplicio expirari uolebant. omnia ſe cætera pati ac negligere dicebant. Hic dolor erat tantus: ut Verres alter orcus ueniſſe Etnam & non Proſerpinam aſportaſſe. ſed ipſam arripuiſſe Cererem uideretur. Etenim urbs illa non urbs uidetur. ſed fanum Cereris eſſe. Habitar̃ apud ſeſe Cererem Etnenſes arbitrantur. ut mihi non ciues illius ciuitatis: ſed omnes ſacerdotes: omneſ Accole atque antiſtites Cereris eſſe uideantur. Etne tu ſimulacrum Cereris tollere audebas? Etne tu de manu Cereris uictoriam diripere & deam deæ detrahere conatus es? quorum nihil uiolare: nihil attingere auſi ſunt in quibus erant omnia quæ ſceleri propriora ſũt q̃ religioni. Tenuerũt enim. P. Popilio. P. Rupulo cõſu. illum locum ſerui fugitiui barbari hoſtes. Sed neq; tam ſerui illi dominorum: q̃ tu libidinum neque tam fugitiui illi a dominis: q̃ tu a iure & a legibus: neque tam Barbari lingua & natione illi q̃ tu natura & moribus: neque illi tam hoſtes hominibus q̃ tu diis immortalibus. Quæ deprecatio eſt igitur ei reliqua qui in dignitate ſeruos ſcelere Barbaros crudelitate hoſtes uicerit? Audiſtis Theodorum & Numinium & Nicaſonem Legatos Etnenſes publice dicere ſeſe a ſuis ciuibus

hæc habere mandata ut ad Verrem adirent: & eum ſimulacrum Cereris & uictoriæ repoſcerent.id ſi impetraſſent:tum ut morem ueterem Etnenſium conſeruarent publice in eum tam&ſi uexaſſet Siciliam. Tamen quoniam hæc a maioribus conſtituta accepiſſent teſtimonium ne quod dicerent. Sin autem ea non reddidiſſet:tum ut iudicio adeſſent. Tum uti de eius iniuriis Iudices docerent: ſed multo maxime de religione quærerentur. Quas illorum quærimonias nolite per deos immortales aſpernari :nolite contemnere .ac negligere Iudices. Aguntur iniuriæ ſotiorum agitur ius legum :agitur exiſtimatio : ueritaſque iudiciorum quæ ſunt omnia permagna. Verum illud maximum tanta religione obſtricta tota prouintia eſt tanta ſuperſtitio ex iſtius facto mentes omnium Siculorum occupauit. ut quæcunque accidant publice uel priuatim incommoda propter eam cauſam ſcelere iſtius euenire uideantur. Audiſtis Centuripinos Agyrinenſes Catinenſes Herbitenſes Etnenſes complures alios publice dicere quæ ſolitudo eſſet in agris quæ uaſtitaſ quæ fuga aratorum q̃ deſerta q̃ inculta q̃ relicta omnia: ea tam&ſi iſtius multis & uariis iniuriis acciderunt. Tamē hæc una cauſa in opinione Siculorum plurimū ualet quod Cerere uiolata omnes cultus fructuſq; Cereris in his locis interiiſſe arbitrantur. Medemini religioni ſotiorum Iudiceſ conſeruate ueſtram auctoritatem . Neque enim hæc extrema nobis eſt religio:neque aliena quod ſi eſſet ſi ſuſcipere eam nolletis: tamen in eo qui uiolaſſet ſancire uos uelle oporteret. Nunc uero in communi omnium gentium religione inq; his ſacris quæ maiores noſtri ab exteris natōnibus ad ſcita atque acceſſa uoluerunt quæ ſacra ut erant re uera ſic appellari Græca uoluerunt negligentes ac diſſoluti ſi cupimus eſſe:qui poſſumus? Vnius etiam urbis omnium pulcherrime atque ornatiſſime Syracuſarum direptionē commemorabo.& in medium proferam Iudices ut aliquando totam huius generis rationem concludam ac definiam. Nemo fere eſt ueſtrum quin quemadmodum captæ ſint a.M.Marcello Syracuſe ſæpe audierit nonnunquam etiam in annalibus legerit.Conferte hanc pacem cum illo bello huius prætoris aduentum cum illius imperatoris uictoria huius cohertem impuram cum illius

exercitu inuicto huius libidines cum illius cõtinentia ab illo qui cepit conditas ab hoc qui conſtitutas accepit captas dicetis Syra cuſas. Nunc iam illa omitto quæ diſperſe a me multis locis dicen tur :ac dicta ſunt .Forum Syracuſanorum quod introitu Marcel li a plurima cede ſeruatum eſt ad aduentum Verris Siculorum in nocentium ſanguine redundaſſe . Portum Syracuſanorum qui cum & noſtris claſſibus & Carthaginenſium clauſus fuiſſet: eum iſto Præto.Cilicum Myoparoni prædonibuſque paruiſſe . Mit to adhibitam uim ingenuis matreſſamilias uiolatas quæ cum ur be capta commiſſa nõ ſunt neque odio hoſtili. neque licentia mi litari :neque more belli:neque iure uictoriæ. Mitto inquam hæc omnia quæ ab iſto per triennium perfecta ſunt . Ea quæ coniun cta cum illis rebus ſunt:de quibus antea dixi:cognoſcite.Vrbem Syracuſas maximam eſſe Græcarum Vrbium pulcherrimamque omnium ſæpe audiſtis . Eſt iudices ita ut dicitur .nam & ſitu eſt communito cum ex omni aditu uel terra uel mari præclaro ad aſ pectum & portus habet prope in ædificatione aſpectuque urbis incluſos qui cum diuerſos inter ſe aditus habeant:in exitu coniũ guntur & confluunt . Eorum coniunctione pars oppidi quæ ap pellatur Inſula mari diſiuncta anguſto ponte rurſum adiungitur & continetur . Ea tanta eſt urbs ut ex quatuor urbibus maximis conſtare dicatur: quarum una eſt ea quam dixi Inſula :quæ duo bus portubus cincta ĩ utriuſq; portus oſtium aditumq; proiecta eſt in qua domus eſt quæ Regis Hieronis fuit qua prætores uti ſolent . In ea ſunt ædes ſacræ complures: ſed due quæ longe cete ris antecellũt Dianæ una & altera quæ fuit ante iſtius aduentum ornatiſſima Mineruæ.in hac inſula extrema eſt fons aquæ dulcis cui nomen Arethuſa eſt incredibili magnitudine pleniſſimus piſ cium qui fluctu totus operiretur:niſi munitione ac mole lapidũ a mari diſiunctus eſſet . Altera autem eſt urbs Syracuſis cui no men Acherdina eſt :in qua forum maximum pulcherrime porti cus ornatiſſimum Pritaneum ampliſſima eſt curia :templumque egregium Iouis Olympii .Cætereque urbis partes Vna lata uia perpetua multiſque tranſuerſis diuiſe priuatis ædificiis continet̃ Tertia eſt urbs quæ quod in ea parte fori unum fanum antiquũ

fuit Thice nominata eſt in qua & Gymnaſium ampliſſimum eſt & complures ædes ſacræ coliturque ea pars & habitatur frequen tiſſime. Quarta autem eſt urbs quæ quia poſtrema ædificata eſt Neapolis nominatur quam ad ſummam Theatrum eſt maximũ præterea duo templa ſunt egregia Cereris unum alterum Libere ſignumque Appollinis qui Themuteſ uocatur pulcherrimum & maximum. quod iſte ſi portare potuiſſet, non dubitaſſet auferre Nunc ad Marcellum reuertar: ne hæc a me ſine cauſa commemo rata eſſe uideantur. Qui cum tàm præclaram urbem ui copiiſque cœpiſſet non putauit ad laudem Populi Romani hoc pertinere. hanc pulchritudinem ex qua præſertim nihil oſtenderetur: delere & extinguere. Itaque ædificiis omnibus publicis: priuatis: ſacris profanis ſic pepercit quaſi ad ea defendẽda Cum exercitu non ex pugnanda ueniſſet. In ornatu urbis habuit uictoriæ rationem. habuit humanitatis uictoriæ putabat ſe multa Romam deporta re. quæ ornato urbis eſſe poſſent. humanitatis non plane ſpoliare urbem. præſertim quam conſeruare uoluiſſet. In hac partitione ornatus non plus uictoria Marcelli Populo Romano appetunt: q̃ humanitas Syracuſanis reſeruauit. Romam quæ aſportata ſũt ad ædem honoris atque uirtutis. Item aliis in locis uidemus. Ni hil in ædibus: nihil in hortis poſuit: nihil in ſuburbano puta uit. ſi urbis ornamenta domum ſuam non contuliſſet domum ſu am urbi ornamento futuram. Syracuſis autem permulta atque egregia reliquit. Deum uero nullum uiolauit: nullum attigit. Conferte Verrem non ut hominem cum homine comparetis: ne qua tali uiro mortuo fiat iniuria: ſed ut pacem cum bello. leges cum ui: forum & iuriſdictionem cum ferro & armis: aduentum & comitatum cum exercitu & uictoria conferatis. Edes Mineruæ eſt in inſula de qua antedixi: quam Marcellus non attigit, quam plenam atque ornatam reliquit: quæ ab iſto ſic ſpoliata atque di repta eſt: non ut ab hoſte aliquo qui tamen in bello religionum & cõſuetudinis iura retineret: ſed ut a Barbaris Prædonibus uex ata eſſe uideatur. Pugna erat Equeſtris Agathodis Regis in ta bulis picta preclaris autem tabulis iteriores templi parietes ueſtie

bantur. Nihil erat ea pictura nobilius: nihil Syracuſis quod ma gis uiſendum putaretur. Has tabulas. M. Marcellus cum omnia illa uictoria ſua profana feciſſet: tamen religione impeditus non attigit. Iſte cum iam illa propter diuturnam pacem fidelitatemq; Populi Syracuſani ſacra religioſaque accepiſſet omnes eas tabulas abſtulit. Parietes quorum ornatus tot ſecula manſerat: tot bella effugerat: nudos ac deformatos reliquit. Et Marcellus qui ſi Syra cuſas cœpiſſet duo templa dedicaturũ ſe Romæ nouerat: id quod erat ædificaturus his rebus ornare quas cœperat: noluit. Verres q̃ non honori neque uirtuti ut ille: ſed Veneri & Cupidini uota de beret: Is Mineruæ templum ſpoliare conatus eſt. Ille deos deorũ ſpoliis ornare noluit, hic ornamenta Mineruæ uirginis in mere triciam domum tranſtulit. Viginti & ſeptem præterea tabulas pulcherrime pictas ex eadem æde ſuſtulit: in quibus erant ymagi nes Siciliæ Regum ac Tyrannorum quæ nõ ſolum pictorum ar tificio delectabant: ſed etiam commemoratione hominum & cog nitione formarum. Ac uidete quanto tetrior hic Tyrannus Syra cuſis fuerit: q̃ quiſquã ſuperiorum: cum illa tamen ornarint tem pla deorum immortalium. hic etiam deorum monumenta atque ornamenta ſuſtulerit. Iam uero quid ego de ualuis illius templi commemorem? Vereor ne hæc qui non uiderunt: omnia me ni mis augere atque ornare arbitrentur. quod tamen nemo ſuſpicari debet: tam eſſe me cupidum: ut tot uiros primarios uelim præſer tim ex Iudicum numero qui Syracuſis fuerint: qui hæc uiderint. eſſe temeritati & mendacio meo conſcios. Confirmare hoc Iudi ces. Liquido poſſum ualuas magnificentiores ex auro atque ebo re perfectiores nullas unquam ullo in tempore fuiſſe. Incredibile etiam dictu eſt q̃ multi Græci de ualuarum harũ egregia pulchri tudine ſcriptum reliquerunt. Nimium forſitan hæc illi mirentur atque efferant: eſto. uerumtamen honeſtius eſt Reipublicæ no ſtræ Iudices ea quæ illis pulchra eſſe uideantur. Imperatorem no ſtrum in bello reliquiſſe q̃ Præto. in pace abſtuliſſe. Ex ebore di ligentiſſime atque præcioſiſſime perfecta argumenta erant in ual uis eiſdem. ea detrahenda curauit omnia. Gorgonis os pulcherri

mũ cinctum anguibus reuellit atque abſtulit. & tamen indicauit non ſolum artificio ſed etiam præcio quæſtuq; duci. Nam bullas omnes aureas ex his ualuis quæ erant & multæ & graues non du bitauit auferre. quarum iſte non opere delectabatur: ſed pondere Itaque eiuſmodi ualuas reliquit, ut quæ olim ad ornandum tem plum erant maxime. Nunc tantum ad claudendum factæ eſſe ui deantur. Etiam ne gramineas haſtas: Vidi enim uos in hoc non minime cum teſtes dicerent commoueri quod erat huiuſmodi ut ſemel uidiſſe ſatis eſſet. in quibus neque manufactum quicq̃ neq; pulchritudo erat ulla ſed tantum magnitudo incredibilis. de qua uel audire ſatis eſſet nimium uidere. pluſq̃ ſemel etiam ne id con cupiſti: Nam Sappho quæ ſublata de Pritaneo eſt dat tibi iuſtã excuſatõnem prope ut concedendum atq; ut ignoſcendum eſſe ui deatur. M. Syllamonis opus tam perfectum tam elegans. tam ela boratum quiſq̃ non modo priuatus ſe populus potius haberet q̃ homo elegantiſſimus atq; eruditiſſimus Verres. nimirum contra dici nihil poteſt. Noſtrum enim unuſquiſq; qui tam beati q̃ iſte eſt: non ſumus: tam delicati eſſe non poſſumus. Si quando aliqd iſtiuſmodi uidere uolet. ad ædem eat felicitatis ad monumentum Catuli in porticu Metelli det operã ut admittatur in alicuius iſto rum Thuſculanum. ſpectet eorum ornatum: Si quid iſte ſuorũ ædilibus accommodauit. Verres hæc habeat domi. Verres orna mentis Fanorum atque Oppidorum habeat plenam domum uil las refertas. Etiam ne huius operarii ſtudia ac delicias iudices per feretis: qui ita natus eſt: ita educatus: ita factus & animo & corpo re ut multo appoſitior ad deferenda q̃ ad auferẽda ſigna eſſe uidea tur: Atque hac Sappho ſublata quantum deſiderium ſui relique rit: dici uix poteſt Nam tum ipſa fuit egregie facta tum Epigram ma Græcum pernobile ĩciſum habuit. in Baſi quod iſte eruditus homo & græculus qui hæc ſubtiliter iudicat qui ſolus intelligit ſi unam litteram Græcam ſciſſet non ſuſtuliſſet. Nũc enim quod inſcriptum eſt inani in Baſi declarat quid fuerit: & id ablatum indicat. Quid: ſignum Peanis ex æde Eſculapii præclare atque egregie factum ſacrum & religioſum non ſuſtuliſti: quod omnes propter pulchritudinem uiſere: propter religionem colere ſole

bant . Quid ex æde Liberi ſimulacrum Ariſtei non tuo Imperio
palam ablatum eſt? Quid ?ex æde Iouis religioſiſſimum ſimula
crum Iouis imperatoris quem Græci Vrion nominant pulcherri
me factum nonne abſtuliſti ? Quid ex æde Liberi paruum illud
caput pulcherrimum quod uiſere ſolebamus: dubitaſti tollere ?
Atq; ille Pean ſacrificiis anniuerſariis ſimul cum Eſculapeo apud
illos colebatur.Ariſteus qui ut Græci fuerunt Liberi filius inuen
tor Olei eſſe dicitur:una cum Libero patre apud illos eodem erat
in templo conſecratus .Iouem autem imperatorem quanto hono
ri in ſuo templo fuiſſe arbitramur ?Hinc colligere poteſtis quãta
ſi recordari uolueritis religione fuerit eadem ſpetie atq; forma ſig
num illud quod ex Macedonia captum in Capitolio poſuerat flã
mineus . Etenim tria uerebantur in orbe terrarum ſigna Iouiſ im
peratoris uno in genere pulcherrime facta . Vnum illud Macedo
nicum quod in Capitolio uidemus . Alterum in Ponti ore & an
guſtius .Tertium quod Syracuſis ante Verrem prætorem fuit.Il
lud Flamminius ita ex æde ſua ſuſtulit:ut in Capitolio hoc eſt in
terreſtris domicilio Iouis poneret.Quod autem eſt ad introitum
ponti id cum tam multa ex illo mari bella emerſerint :tam multa
porro in Pontum iniecta ſint uſq; ad hanc diem integrum inuio
latumque ſeruatum eſt .Hoc tertium quod erat Syracuſis.ꝗ.M.
Marcellus armatus & uictor uiderat :quod religioni conceſſerat:
quod ciues atq; incole Syracuſani colore aduene non ſolum uiſer̃
uerumetiam uenerari ſolebant:id Verres in templo Iouis ſuſtulit
Vt ſæpius ad.M.Marcellum reuertar Iudices .ſic habetote plureſ
eſſe a Syracuſanis iſtius aduentu deos q̃ uictoria Marcelli homĩeſ
deſideratos . Etenim requiſiſſe dicitur etiam Archimedem illum
ſummo ingenio hominem ac diſciplina eumq; cum audiſſet inter
fectum:permoleſte tuliſſe . Iſte omnia quæ requiſiuit:non ut ſer
uaret uerum ut aſportaret :requiſiuit . Iam illa quia leuiora uide
buntur ſi hoc loco dicerentur :ideo preteribo :ꝗ iſte menſas del
phicas e marmor̃ crateras ex ære pulcherrimas uim maximam ua
ſorum Corinthiorum ex omnibus Edibus ſacris Syracuſis abſtu
lit . Itaque Iudices .hi qui hoſpites ad ea quæ uiſenda ſunt:duce
re ſolent:& unumquicque etiam oſtendere quos illi Myſtagogos

uocant conuerſam iám habent demonıtrationem ſuam. Nam ut ante demonſtrabant quid ubique eſſet:ita nunc quid undiq; abla tum ſit:oſtendunt. Quid tum?mediocri ne tandem dolore eos affectos eſſe arbitramini?Non ita eſt iudices.primum q omni re ligione mouentur:& deos patrios, quos a maioribus acceperunt colendos ſibi diligenter & retinendos eſſe arbitrãtur.Deinde hic ornatus hæc opera atque artificia ſigna tabulæ pictæ.Grecos ho mines nimio opere delectant. Itaque ex illorum quærimoniis in telligere poſſumus hæc illis acerrima uideri: quæ forſitan nobis leuia & contemnenda eſſe uideantur. Mihi credite iudices:tam& ſi uoſmetipſos hæc eadem audire certo ſcio. Cum multas accepe rint per hoſce annos ſotii atque extere nationes calamitates & in iurias nulla Græci homines grauius tulerunt nec ferunt q̃ huiuſ cemodi ſpoliationes Fanorum atque oppidorum licet iſte dicat e miſſe ſe ſicuti ſolet dicere. Credite mihi hoc iudices. nulla unq̃ ci uitas tota Aſia & Græcia ſignum ullum & tabulas pictas:ullum denique ornamentum urbis ſua uoluntate cuiq̃ uendidit:niſi for te exiſtimatis poſteaq̃ iudicia ſeuera romæ fieri deſierint: Græcos homines hæc uendere cepiſſe quæ tum non uendebant:cum iudi cia fiebant uerumetiam coemebant.niſi arbitramini.L.Craſſo.C. Sceuole.Q. Claudio potentiſſimis hominibus quorum ædilita tes ornatiſſimas uidimus. Commertium iſtarum rerum cũ Græ cis hominibus non fuiſſe his qui poſt iudiciorum diſſolutiones ædiles facti ſunt:fuiſſe. Acerbiorem etiam ſcitote eſſe ciuitatibus falſam iſtam & ſimulatam emptionem quanq̃ ſi quis clam ſurripi at:aut eripiat palam atque auferat.Nam turpitudinem ſummam eſſe arbitrantur. Refert in litteras publicas præcio paruo ea quæ accepiſſent a maioribus uendidiſſe atq; alienaſſe.Etenim mirandũ in modum Græci rebus iſtis quas nos contendimus:delectantur Itaq; maioreſ noſtri facile patiebantur hæc eſſe q̃ plurima apud ſo tios:ut imperio noſtro q̃ ornatiſſimi florentiſſimiq; eſſent.Apud eos autem quos uectigales aut ſtipendiarios fecerant: tamen hæc relinquebant:ut illi quibus ea iocũda ſunt: quæ nobis leuia uide bantur:haberent hæc oblectamenta & ſolatia ſeruitutis. Quid ar bitramini Reginos q iã ciues Romani ſũt:mereri uelle ut ab his

marmorea Venus illa ne auferatur? Quid Tarentinos ut ne Europam in Tauro ſedentem amittant? aut Satyrum qui apud illoſ in æde ueſte eſt. ut cætera? Quid Theſpienſes ut cupidinis ſignũ propter quod unum uiſuntur Theſpie? Quid Gnydios ut Venerem marmoream? Quid ut pictam Co? Quid Epheſios ut Alexandrum? Quid Zyzicenos ut Aiacem aut Medeam? Quid Rhodios ut Ialyſum? Quid Athenienſes ut ex marmore Iachum aut Parthalum pictum aut exære Myronis bucculam? Longum eſt & non neceſſarium commemorar̃ quæ apud quoſq; uiſenda ſunt tota Aſia & Græcia. Verum illud eſt quamobrem hæc commemorem: quod exiſtimare uos hoc uolo mirum quendam dolorẽ accidere his ex quorum urbibus hæc auferantur. atq; ut cæteros omittamus: de ipſis Syracuſanis cognoſcite. Ad quos ego cum ueniſſem ſic primo exiſtimabam: ut Romæ ex iſtius amicis acceperam ciuitatem Syracuſanam propter Heraclii hereditatem non minus eſſe iſti amicam q̃ Mamertinam propter præclarum ac furtorum omnium ſocietatem. Simul & uerebar ne mulierum nobilium & formoſarum gratia quarum iſte arbitrio preturam per triennium geſſerat: uirorumq; quibus cum nuptæ erant: nimia in iſtum nõ lenitudine ſed etiam liberalitate oppugnarer ſi quid ex litteris Syracuſanorum cõquirerem. Itaq; Syracuſis cum ciuis romanus eram eorum tabulas ſcribebam. iniurias cognoſcebam. cũ diutius in eo negocio curaq; fueram: ut requieſcerem curamq; animi remitterem ad Carpinatu præclaras tabulas reuertebar. Vbi cum Equitibus Romanis ex illo cõuentu honeſtiſſimis illos Verrutios de quibus ante dixi: explicabam a Syracuſanis prorſus nihil adiumenti neq; publice neq; priuatim expectabam. meo erat ĩ animo poſtulare. Cum hæc agerem repente ad me uenit Heraclius is qui tum Magiſtratus Syracuſis habebat homo nobilis qui ſacerdos Iouis fuit qui honos apud Syracuſanos eſt ampliſſimus Agit mecum & cum fratre meo ut ſi nobis uideretur: adiremus ad eorum ſenatum. frequentes eſſe in Curia ſe iuſſu ſenatus a nobis petere: ut ueniremus. Primo enim nobis fuit dubium quid ageremus. Deinde cito uenit in mentem non eſſe uitandum nobis illum conuentum atq; locum. Itaque cum in Curiam uenimus.

honorifice ſane cõſurgitur. Nos rogatu Magiſtratus aſſedimus. Incipit is loqui qui & auctoritate & ætate: & ut mihi uiſum eſt. uſu rerum antecedebat Diodorus Timarchides. cuius omnis oratio hanc habuit primo ſententiam Senatum Populumq; Syracuſanum moleſte grauiterq; ferre: quod ego cum in cæteris Siciliæ ciuitatibus ſenatum populumq; docuiſſem: quid eis utilitatis qd ſalutis afferrem: & cum ab omnibuſ mandata legatos litteras teſtimoniaq; ſumpſiſſem in illa ciuitate nihil eiuſmodi facerem. Reſpõdi neq; Romæ in conuentu Siculorum cum a me auxilium communi omnium legationum conſilio petebatur: cauſaq; ad me totius Siciliæ deferebatur Legatos Syracuſanorum affuiſſe neque me poſtulare ut quicquam contra. C. Verrem decerneretur in ea Curia in qua inauratam. C. Verris ſtatuam uiderem. Quod poſteaq̃ dixi: tantus eſt enim gemitus factus aſpectu ſtatuæ & commemoratione: ut illud in Curia poſitum. Monumentum autem ſcelerum non beneficiorum uideretur. Tum prope quiſq; quantum dicendo aſſequi poterat docere me cepit: ea quæ pauloante cõmemoraui ſpoliatam urbem fana direpta: ex Heraclii hereditate quã paleſtricis cõceſſiſſet qui etiam inuentorem Olei deum ſuſtuliſſet Neque illam ſtatuam eſſe ex pecunia publica datam. Sed eos qui hereditatis diripende participes fuiſſent: faciendam ſtatuendamq; curaſſe eoſdẽ Romæ fuiſſe Legatos illius adiutores improbitatis ſotios furtorum. cõſotios flagitiorum. Eo minus mirari me oportere ſi illi cõmuni legatorum uoluntati & ſaluti Siciliæ defuiſſent Vbi eorum dolores non modo non minores: ſed prope maiores q̃ cæterorum Siculorum eſſe cognouimus. Tum meum animũ in illos: Tum ego mei conſilii negociique totius ſuſcepti cauſam rationemque propoſui. Tum eos hortatus ſum ut cauſæ communi ſalutique non deeſſent. ut ei illam laudationem quam ſe ui ac metu coactos paucis illis diebus decreſſe dicebant: tollerent. Itaq; iudices Syracuſani hæc faciunt iſtius clientes atq; amici primum mihi litteras publicas quas in ærario ſanctiore conditas habebãt proferunt. in quibus oſtendunt omnia quæ dixi ablata eſſe perſcripta. & plura etiam q̃ ego potui dicere. Perſcripta autem hoc modo ꝙ ex æde Mineruæ hoc & illud abeſſe quod ex æde Iouis

ꝙ ex æde liberi ut quiſqꝫ eis rebus tuendis conſeruandiſqꝫ perfrue
rat.Ita perſcriptum erat:cũ rationem ex lege redderet: & quæ acce
perat:deberet tradere :petiſſe ut ſibi ꝙ hæ res abeſſent:ignoſceret᷑
Itaqꝫ om̃es liberatos diſceſſiſſe:& eſſe ignotum om̃ibus.quas ego
litteras obſignandas publico ſigno deportandaſqꝫ curaui .De lau
datione autem ratio ſic reddita eſt.primum cum a Verre litteræ a
liquanto ante aduẽtum meum de laudatione ueniſſent nihil eſſe
decretum:Deinde cum quidam ex illis amicis commonerẽt:opor
tere decreui:maximo eſſe clamore & cõuitio repudiatos.Et poſtea
ꝗ meus aduentus appropinquarit imparaſſe eum :qui ſummã po
teſtatem haberet ut decernerent decretum ita eſſe: ut multo plus
illa laudatio aliquid mali ꝗ boni poſſit afferre .Id adeo iudices ut
mihi ab illis demonſtratum eſt:ſic uos ex me cognoſcite.Mos eſt
Syracuſis ut ſi qua de re ad Senatum referatur dicat ſententiam q
uelit.nominatim nemo rogat᷑ .Et tamen ut quiſqꝫ honore & æta
te antecedit:ita prius ſolet ſua ſponte dicere. Idqꝫ a cæteris ei cõce
ditur .Si quando taceant omnes tunc ſortito coguntur dicere. cũ
hic mos eſſet:refertur ad Senatum de laudatõne Verris:in quo ṗ
mum ut aliquid eſſet more multi interpellãt .de ſex Peduceo qui
ex illa ciuitate totaqꝫ prouintia optime meritus eſſet . Seſe antea
cum audiſſent ei negocium faceſſitur.cumqꝫ eum publice pro plu
rimis eius & maximis meritis laudare cuperent:a.C.Verre prohi
bitos eſſe .Iniquum eſſe tam &ſi Peduceus eorum laudatione iam
non uteretur:tamen non prius ei decernere . quod aliquando uo
luiſſent ꝗ ꝙ tum cogerentur . Conclamant omnes & approbant
ita fieri oportere. refertur de Peduceo : ut quiſqꝫ ætate & honore
antecedebat:ita ſententiã dixi ex ordine.Id adeo ex ip̃o.S.C.cog
noſcite:nã principiũ ſententiæ ꝑſcribi ſolet.RECITA Quot uer
ba facta ſũt de.ſex.Peduceo. Dicit qui primũ ſuaſerint:decernit᷑.
Refertur deinde de Verre.dic queſo quomodo᷑quot uerba facta
ſunt de.C. Verre᷑quid poſtea᷑ ſcriptũ eſt cũ ſurgeret nemo neqꝫ
ſententiam diceret᷑quid hoc eſt᷑ſors ducitur.quamobrẽ᷑ Nemo
erat uoluntarius laudator præturæ tuæ defenſor periculorum tu
orum præſertim cum inire a Populo Ro.gratiã poſſet:nemo.Ip̃i
illi tui conuiue conſiliarii & cõſcii ſotii uerbũ facere nõ audebant

In Curia ſtatua tua ſtabat & nuda in ea filii: nemo fuit nec quem nudus quid filius nuda prouintia commoueret. Atq; etiam hoc me docent eiuſmodi Siciliam ſeſe feciſſe laudationes ut omnes in telligere poſſent: non laudationem ſed potius irriſionem eſſe illã quæ cõmune faceret iſtius turpem calamitoſamq; Præturam. Ea enim ſcripta ꝙ iſte uirgis neminem cecidiſſet: a quo cognoſcitis. nobiliſſimos homines atq; innocentiſſimos ſecuri eſſe percuſſos: ꝙ uigilanter prouintiam adminiſtraſſet. cuius omnes uigilias in ſtupris conſtat adulteriiſq; eſſe conſumptas. Hoc ut ſcriptum eſt quod proferre non auderet reus: accuſator recitare non deſineret: quod prædones procul ab inſula Sicilia ꝓhibuiſſet Verres. quos etiam intra Syracuſanam inſulam recepiſſet. Quæ poſtea q̃ ex ill' cognoui: diſceſſi cũ fratre e Curia: ut nobis abſentibus ſi quid uel lent: decernerent. Decernunt ſtatim primũ ut. L. Fratri hoſpitiũ publice fieret ꝙ is eandem uoluntatem erga Syracuſanos ſuſcepiſ ſet quam ego ſemper habuiſſem. Id non modo tum ſcripſerunt: uerumetiam in ære inciſum nobis tradiderũt. Valde hercle te Sy racuſani tui quos crebro cõmemorare ſoles: diligunt. qui cũ accu ſatore tuo ſatis iuſtam cauſam coniungendæ neceſſitudinis putãt ꝙ te accuſaturus ſit: & ꝙ ad inquirendum in te uenerat. Poſtea de cernitur. ac non uarie ſed prope coniunctis ſententiis ut laudatio quæ. C. Verri decreta eſſet tolleretur. An eo cum iam non ſolum diſceſſio facta eſſet: ſed etiam perſcriptum atq; in tabulas relatum Præto. appellatur. At quis appellat? Magiſtratus aliqui? nemo ſe nator? ne id quidem Syracuſanorũ aliquis? minime. Quis igitur prætorem appellat? qui quæſtor iſtius fuerat Cecilius. O rem ri diculam. O deſertum hominem. O deſperatum ac relictum a Ma giſtratu Siculo, Ne. S. C. ſiculi homines facere poſſent: ne ſuum ius ſuis moribus ſuis legibus obtinere poſſent: non amicus iſtiuſ non hoſpes: non deniq; aliquis ſiculus: ſed quæſtor Prætorem ap pellat. Quis hoc uidit? aut quis audiuit? Prætor æquus & ſapiẽs dimitti iubet ſenatum. Concurrit ad me maxima multitudo. pri mum ſenatores clamare: eripi ſibi ius: eripi libertatem populus ſe natum laudare: gratias agere ciui Romano a me nuſq̃ diſcedere. Quo quidem die nihil egrius factum eſt: multo labore meo: q̃ ut

manus ab illo appellatore abſtinerentur. Cum ad prætoré in ius adiſſemus :excogitat ſane diligenter & caute quid decernat. nam anteq̃ uerbum facerem: de ſella ſurrexit & abiit. Itaq; tum de ſero cum iam aduesperaſceret:diſceſſimus.poſtridie mane ab eo poſtu lo ut Syracuſanis liceret. S.C.quod pridie feciſſent:mihi reddere Ille enim uero negat & ait indignum facinus eſſe: ꝙ ego in Sena tu græco uerba feciſſe.quod quidem apud Græcos græce locutus eſſem.id fieri nullo modo poſſe.Reſpódi homini ut potui:ut uo lui:ut debui:tum multa tum etiam hoc me memini dicere. facile eſſe perſpicuum quantũ inter hunc & illum Numidicũ uerum & germanũ Metellũ intereſſet.illum noluiſſe ſua laudatione iuuare L. Lucullũ ſororis uirum: qui cũ optima conueniſſet huic homi ni alieniſſimo a ciuitatibus laudationes per uim & metũ compara re. Quod ubi intellexi:multũ apud illũ recentes nuncios multũ tabulas nó cómédaticias ſed tributarias ualuiſſe admonitu ipſoꝝ Syracuſanorũ impetum in eas tabulas facio:in quibus ſigilla per ſcripta erant.Ecce autem noua turba atq; rixa.ne tamen iſtũ omni no Syracuſis ſine hoſpitibus plane nudum eſſe atq; deſertum pu tetis:retinere cœpit tabulas Theomnaſcus quidam homo ridicu le inſanus quem Syracuſani theoractum uocant qui illic eiuſmõi eſt ut eum pueri ſectentur:ut omnes cũ loqui cœperit:irrideant. Huius tamen inſania quæ ridicula aliis mihi tamen moleſta ſane fuit.Nam cum ſpumas ageret in ore arderent oculi uoce maxima uim me ſibi afferre clamaret:copulati in ius peruenimus. hic ego poſtulare cœpi.ut mihi tabulas obſignare ac deportare licere. ille contra recitare omnium mihi tabularum & litterarũ fieri poteſta tem oportere.Ille furioſus urgere nihil ad ſe ueſtras leges pertine re.Præto.intelligens negare ſibi placere quod.S.C.ratum eſſe nó deberet.id me Romam deportare. Quid multa? niſi uehemétius homini minatus eſſem niſi legum ſanctionem pœnamq; recitaſſẽ tabularum mihi poteſtas facta non eſſet. Ille aũt inſanus qui pro iſto contra me uehementiſſime declamaſſet poſtq̃ non imperauit credo ut in gratiam mecũ rediret:libellum mihi dat:in quo iſtius furta ſyracuſana perſcripta erant que ego antea iam ab illis cogno ram & acceperam. Laudent te ſane iam Mamertini qui ex tanta ꝑ

uintia ſoli ſunt:qui te ſaluum uelint .ita tamen laudent ut Heius qui eius princeps legationis eſt:aſſit ita laudent:ut ea quæ rogati erunt:mihi parati ſint reſpondere.ne ſubito a me opprimant᷑.hic ſum rogaturus:nauem debeat ne᷑fatebuntur. præbuerint ne.C. Verre Præto᷑negabunt.ædificauerint ne nauem onerariam maxi mã publice quam Verri dederunt᷑negare non potuerunt. frumẽ tum ne ab his ſumpſerit Verres quod Populo Ro.mitteret ſicuti ſuperiores᷑negabunt .Quid᷑militum aut nautarum per trienni um dederunt᷑nullũ datũ dicent.Fuiſſe Meſſenam omnium iſtiuſ furtorum ac prædarũ receptricẽ᷑negare non poterunt . Permulta multis in nauibus illinc exportata : Hanc deniq; nauem maximã a Mamertinis datam onuſtam cũ iſto prætore᷑profectam fatebũ tur. Quamobrem tibi habe ſane iſtam laudationem Mamertinã Syracuſam quidẽ ciuitatẽ ut abs te affecta ſit:ita in te eſſe animatã uidemus.apud quos etiã Verreia illa flagitioſa ſublata ſũt . Eteni minime conueniebat ei deorum honores haberi:qui ſimulacra de orum ſuſtuliſſet.Etiã me hercle illud in Syracuſanis merito repre henderetur:ſi cũ diem feſtũ ludorũ de faſtis ſuis ſuſtuliſſent . cele berrimũ & ſanctiſſimũ. ꝙ eo ipſo die Syracuſæ a Marcello captæ eſſe dicuntur hidem diem feſtum Verris nomine agerent. cũ iſte Syracuſanis quæ ille calamitoſus dies reliquerit:ademiſſet . At ui dete hominis impudentiam atq; arrogantiã iudices qui non ſolũ Verreia hic turpia hic ridicula ex Heraclii pecunia conſtituerit ue rumetiã Marcellea tolli imperarit ut ei ſacra facerẽt quot annis cu ius opera omniũ annorũ ſacra deoſq; patrios amiſerant. eius autẽ familiæ dies feſtos tollerãt:per quã cæteros quoq; feſtos dies recu perarant.

M.T.C.IN.M.ANTONIVM PHILIPPICA SECVNDA

Vonã meo fato.P.C.fieri dicã : ut nemo his an nis uiginti Reip.hoſtis fuerit q nõ bellũ eodẽ tẽ pore mihi quoq; indixerit: nec uero neceſſe eſt a me queq̃ nomiari uobis:cũ ipſi recordemini.mi hi pœnarũ illi pluſq̃ optarẽ:dederunt.Te miror Antoni quorũ facta mittere eoꝝ exitus non per

horreſcere:ʼAtq; hoc in aliis minus mirabar.Nemo illorum mihi inimicus fuit uoluntarius .Omnes a me Reip.cauſa laceſſiti. Tu ne uerbo quidẽ uiolatus ut audacior q̃.L.Catilina:furioſior q̃.P. Clodius uidere ultro maledictis me laceſſiſti.tuãq; a me alienatio nẽ ad ciues impios tibi gloriæ fore putauiſti.Quid putẽ:ʼcõtemp tũ ne me:ʼnõ uideo nec in uita nec in gracia nec ĩ rebus geſtis nec in hac mea mediocritate ingenii quid deſpicere poſſit Antonius. an Senatu facillime detrahi poſſe credidit:ʼ qui ordo clariſſimis ci uibus bene geſte Reipu. teſtimoniũ multis mihi uni conſeruate dedit:ʼan decertare mecũ uoluit contentione dicendi:ʼ Hoc quidẽ beneficiũ eſt.Quid.n.plenius. quid uberius q̃ mihi & pro me & contra Antoniũ dicere:ʼIllud ꝓfecto ẽ:nõ exiſtimauit ſuis ſi'ibus ꝓbari poſſe ſe eſſe hoſtẽ patriæ:niſi mihi eſſet inimicus.Cui ꝓuſq̃ de cæteris rebus reſpondebo:de amicicia quã a me uiolatã eſſe cri minatus ẽ.Quod grauiſſimũ crimẽ iudico:pauca dicamus.Cõtra rem ſuã ueniſſe me neſcio qñ quæſtus eſt. An ego nõ uenirem cõ tra alienũ ꝓ familiari & neceſſario & domeſtico meo:ʼnõ uenirem cõtra gratiã:ʼnõ uirtutis ſpetie ſed etatis flore collectã:ʼnon uenirẽ contra iniuriã quã iſte interceſſoris iniquiſſimi beneficio obtinu it nõ iure prætorio.Sed hoc idcirco cõmemoratũ a te puto ut te ĩ fimo ordini cõmendares:cũ omnes recordarentʼ libertinũ generũ & liberos tuos nepoteſq; fudi libertini hominis fuiſſe.At enim te in diſciplinã meã tradideras. Nã ita dixiſti domũ meã uentitaras ne tu ſi id feciſſes melius famæ melius pudicitiæ tuæ conſuluiſſes Sed ne feciſti:nec ſi cuperes tibi id per.C. Curionẽ facere licuiſſet Auguratus petitionẽ mihi te conceſſiſſe dixiſti. O incredibilẽ au daciã.O impudentiã prædicandã.Quo enim tempore me Augu rem a toto collegio expetitũ.Cn.Pom.&.Q. Hortenſius nomĩa uerũt.Neq;.n.licebat a pluribus nominari:nec tu ſoluendo eras. nec te ullo modo niſi euerſa Rep.fore incolumẽ pntabas.Poteras autẽ eo tẽpore Auguratũ petere cũ in Italia Curio nõ eſſet: aut tũ cũ eſſes factus unã tribũ ſine Curione ferre potuiſſes . Cuius etiã familiares de ui condemnati ſunt,q tui nimis ſtudioſi fuiſſẽt. At beneficio ſum uſus tuo:ʼquo:ʼquanq̃ illud ipſũ quod cõmemoraſ ſemper pre me tuli.Malui me tibi debere confiteri: ſi cuiq̃ minus

prudenti: nõ ſatis gratus uideri. Sed quo beneficio? quod me Brũdiſii non occideris: quem ipſe uictor: qui tibi ut tute gloriari ſolebas detulerat ex latronibus ſuis pricipatum: ſaluũ eſſe uoluiſſet in Italiam ire iuſſiſſet. eum tu occideres? fac potuiſſe. Quod ẽ aliud. P. C. beneficium latronũ: niſi ut commemorare poſſint his ſe uitam dediſſe: quibus non ademerint? Quod ſi eſſet beneficium nunq̃ hi qui illum interfecerunt a quo erant ſeruati: quos tu ipſe uiros clariſſimos appellare ſoles: tantam eſſent gloriam conſecuti quale aũt beneficiũ eſt ꝙ te abſtinueris a nefario ſcelere? Qua ĩ re non tam iocũdum uideri mihi debuit non interfectum a te: q̃ miſerum id te impune facere potuiſſe. Sed ſit beneficiũ? quandoquidem maius a latrone accipi nullum potuit. In quo potes me dicere ingratum? an de interitu Reip. quæri non debui ne in te ingratus uiderer? At ĩ illa quærela miſera quidem & luctuoſa ſed mihi ꝓ hoc gradu in quo me Senatus Po. q; Ro. collocauit neceſſaria. Quid eſt dictũ a me cũ contumelia? Quid non moderate? Quid non amice? Et quidem cuius temperantiæ fuit: de. M. Antonio q̃rentem abſtiner̃ maledicto? præſertim cũ tu reliquias Reipublice diſſipauiſſes: cum domi tuæ turpiſſimo mercatu omnia eſſent uenalia? cũ leges eas quæ nunq̃ ꝓmulgate eſſent & de te & a te latas confiterere: cum auſpicia Augur interceſſioné Conſul ſuſtuliſſes: cum eſſes fœdiſſime ſtipatus armatis: cũ omnes impuritates publica in domo quotidie ſuſciperes: Vino luſtriſq; cõfectus. At ego tanq̃ mihi cũ. M. Craſſo cõtentio eſſet: Quo cũ multæ & magnæ fuerunt: non cũ uno gladiatore nequiſſimo: & de Repu. grauiter quærẽs: de homine nihil dixi. Itaq; hodie perficiam: ut intelligat quantum a me beneficium tum acceperit. At etiam litteras quas me ſibi miſiſſe diceret: r̃citauit. homo & humanitatis expers & uite communis ignarus. Quis enim unq̃ qui paulum modo bonorum cõſuetudinem noſſet litteras a ſe ab amico miſſas offenſione aliqua interpoſita in medium protulit: palamq; recitauit? Quid hoc eſt aliud q̃ tollere e uita uitæ ſotietatem? toller̃ amicorũ colloquia abſentium? q̃ multa loca ſolent eſſe in epiſtolis quæ prolata ſi ſint inepta eſſe uideantur? q̃ multa ſeria? neq; tamen ullo modo diuulganda. Sit hoc inhumanitatis tuæ. ſtulticiam incredibilem

uidere.Quid habes quod mihi opponas homo diſerte ut Muſte le Tamiſio & Tyroni Numiſio uideris. Qui cum hoc ipſo tem pore ſtent cum gladiis in conſpectu Senatus. ego quoq; te diſer tum putabo: ſi oſtenderis quomodo ſis eos inter ſicarios defenſu rus. Sed quid oppones tandem? ſi negem me unq̃ iſtas litteras ad te miſiſſe. Quo me teſte conuinces? an cirographo in quo habes ſcientiam quæſtuoſam? quid poſſis? ſunt enim liberarii manu: Iá inuideo magiſtro tuo qui te tanta mercede: quãtam iam ꝓferam nihil ſapere docuit. Quid eſt minus non dico oratoris: ſed homi nis q̃ obicere aduerſario: quod ille ſi uerbo negarit longius ꝓgre di non poſſit qui obiecerit. At ego non nego. teq; in iſto ipſo có uinco non inhumanitatis ſolum: ſed etiam amentiæ. Quod enim uerbum in iſtis litteris eſt non plenum humanitatis officii: beni uolentiæ? omne autem crimen tuum eſt: quod de te in his litteriſ non male exiſtimem. ꝙ ſcribam tanq̃ ad ciuem. tãq̃ ad bonum ui rum. non tanq̃ ad ſceleratum & latronem. At ego tuas litteras & ſi iure poteram a te laceſſitus: tamen non proferam: quibus petis: ut tibi per me liceat quendam de exilio reducere. Adiuraſq; id te inuito me non eſſe facturum. idq; a me impetras? Quid enim in terponerem audaciæ tuæ? qué neq; auctoritas huius ordinis: neq; exiſtimatio. P. R. neq; leges ulle poſſunt cohercere? Verumtamé qd erat ꝙ me rogares? ſi erat is de quo rogabas. Ce. lege reductus Sed uidelicet meam gratiã uoluit eſſe: in quo ne ipſius quidé ulla eſſe poterat lege lata. Sed cum. P. C. mihi & pro me aliquid & in M. Antonium multa dicenda ſint: alterũ peto a uobis: ut pro me dicentem benigne: alterum ipſe efficiam. ut cõtra illum cum dicã attente audiatis. Simul illud oro ſi meam cum in omni uita tum in dicédo moderationem: modeſtiamq; cognoſcitis: ne me hodie cum iſti ut prouocatus reſpondebo: oblitum eſſe putetis mei. nõ tractabo ut conſulem: ne ille quidem me ut conſularem: & ſi ille nullo modo conſul uel ꝙ ita uiuit uel ꝙ ita Rempublicam gerit uel ꝙ ita factus eſt conſul. Ego ſine ulla controuerſia Conſularis Vt igitur intelligetis qualem me eſſe conſularem profiteretur: ob iecit mihi Conſulatum meum: qui conſulatus uerbo meus. P. C. re ueſter fuit. Quid enim conſtitui? quid geſſi? niſi ex huius ordi

nis conſilio:auctoritate:ſententia. Hæc tu homo ſapiens nō ſolū eloquens apud eos quorum conſilio ſapientiaq; geſta ſunt: auſus es uituperare? Quis autem meum conſulatum præter.P. Clodiū q uituperaret inuētus eſt.Cuius quidem te fatum ſicuti.C. Curi onem manet:quoniam id domi tuæ eſt quod fuit illorum utriq; fatale.non placet.M.Antonio cōſulatus meus. At placuit.P.Ser uilio:ut eum primum nominem ex illius temporis conſularibus qui proxime eſt mortuus.Placuit.L.Catulo cuius ſingularis ſem per in hac Repub.uiuet auctoritas. placuit duobus Lucullis.M. Craſſo.Q.Hortenſio.C.Curioni.M.Lepido.C.Piſoni.M.Labe oni.L.Volcatio.C.Figulo.D.Syllano.L. Murenæ.qui tunc erāt conſules deſignati . Placuit q̄ idem conſularibus.M.Catoni qui cum multa uita excedens prouidit:tum q̄ te conſulem non uidit Maxime uero conſulatum meum Cn.Pom. probauit:qui ut me primum decedens ex Syria uidit:complexus & gratulans meo be neficio patriam ſe uiſurum eſſe dixit . Sed quid ſingulos comme moro? frequentiſſimo ſenatui ſic placuit: ut eſſet nemo qui mihi non ut parenti gratias ageret:qui non mihi uitam ſuam:liberos: fortunam.R.P.referret acceptum .Sed quoniam illis quos nomi naui tot & talibus uiris.R.P.orbata eſt. Veniamus ad eos q duo e conſulari numero reliqui ſūt.L.Cotta uir ſummo ingenio:ſum maq; prudentia rebus his geſtis quas tu repræhendis ſupplicatio nem decreuit uerbis ampliſſimis:eiq; illi quos modo nomīaui cō ſulares Senatuſq; cunctus aſſenſus eſt. qui honos poſt conditam hanc urbem habitus eſt togato ante me nemini.L. Ce.auūculus tuus:qua oratōne:qua conſtantia:qua grauitate ſententiam in ſo roris ſuæ uirum dixit uitricum tuū? Hūc tu cum autorem & præ ceptorem omniū conſiliorū totiuſq; uitæ debuiſſes habere uitrici te ſimilē q̄ auūculi eſſe maluiſti: huius ego alienus conſiliis cōſul uſus ſum:tu ſororis filius:quid ad eū de Repu.unq̄ retuliſti? Ad quos refert dii immortales? ad eos ſcilicet quorū nobis etiam dieſ natales audiendi ſunt hodie non deſcendit Antonius:cur? dat na talia in hortis:cui? neminem nominabo: putatote eum Phornio ni alicui:tum Gnatoni: tum Ballioni. O fœditatem hominis fla gitioſam.O impudentiam:nequiciam:libidinem non ferendam:

tu cum principem Senatorem ciuem ſingularem tam propinquũ
habeas.ad eum de Repu.nihil refers?ad eos refers qui domũ ſuã
nullam habent:tuam exhauriunt.Tuus uidelicet ſalutaris conſu
latus:perniciosius meus:adeo ne pudorem cum pudicitia perdidi
ſti?Vt hoc in eo templo dicere auſus ſis:in quo ego ſenatum illũ
qui quondam florens orbi terrarum præſidebat: conſulebam. tu
homines perditiſſimos cum gladiis collocauiſti? At etiam auſus
es:quid autem eſt quod tu non audeas? Cliuum capitolinum di
cere me cõſule plenum ſeruorum armatorum fuiſſe. Vt illa credo
nefaria Senatus conſulta tunc cum fierent:uim afferebam ſenatui
O miſerũ ſiue illa tibi nota non ſunt:nihil enĩ boni noſti:ſiue ſũt
qui apud tales uiros tam impudẽter loquare ? Quis enim æques
Romanus?quis præter te adoleſcẽs nobilis? Quis ullius ordinis
qui ſe ciuem meminiſſet:cum Senatus in hoc templo eſſet:in Cli
uo capitolino non fuit?Quis nomẽ non dedit?quanquã nec ſcri
be ſufficere:nec tabulæ nomina illorum capere potuerunt:etenim
cum homines nefarii de patriæ parricidio confiterentur:cũ conſci
orum indiciis ſua manu uoce pene litterarum coacti ſe Vrbem in
flammare:ciues trucidare:uaſtare Italiam: delere Rempu. conſen
ſiſſent: quis eſſet qui ad ſalutem cõmunem defendendam non ex
citaretur?præſertim cum .S.P.q; R.haberet ducẽ? qualis ſiquidẽ
nũc eſſet: tibi idem quod illis accidit contigiſſet . Ad ſepulturam
corpus uitrici ſui negat a me datum.Hoc uero ne.P.quidem Clo
dius dixit unq̃?quem quia iur̃ fui ei inimicus:doleo a te iam om
nibus uitiis eſſe ſuperatum . Qui autem tibi uenit in mentem re
digere in memoriam noſtram te domi.P.Lentuli eſſe educatum?
an uerebar̃ ne non putaremus natura te potuiſſe tam improbum
euadere:niſi acceſſiſſet etiam diſciplina . Tam autem eras excors:
ut tota in oratione tecum ipſe pugnares:ut non modo non cohe
rentia inter ſe diceres:ſed maxime diſiuncta atq; contraria:ut non
tanta mecum quanta tecum tibi eſſet contentio. Vitricũ tuũ in tã
to fuiſſe ſcelere fatebare.pœna affectũ quærebare? Ita qđ propriũ
meũ eſt laudaſti.quod totius ſenatus eſt rep̃hẽdiſti. Nã cũ comp̃
henſio ſontium mea animaduerſio Senatus fuerit:homo diſertus
nõ intelligit:eũ quẽ contradicit:laudari a ſe.eos apud quos dicit:

uituperari.iam illud cuius eſt non dico audaciæ:cupit enim ſe au dacem dici:ſed quod minime uult:ſtultitiæ qua uincit omnes:cli ui Capitolini mentionem facere?cũ inter ſubſellia noſtra uerſent armati?Cũ in hac cella concordiæ o dii immortales in qua me cõ ſule ſalutares ſententiæ dictæ ſunt quibus ad hanc diem uiuimus cũ gladiis homines collocati ſtent?Accuſa ſenatũ.accuſa Equeſtrẽ ordinem:qui tum cũ ſenatu copulatus fuit:accuſa omnes ordineſ ciues dum confiteare hunc ordinem hoc ipõ tempore ab Ithyreis circũſederi.Hæc tu nõ propter audaciã dicis tam impudenter:ſed qui tantarum rerũ repugnantiã non uideas:nihil profecto ſapis. Quid enim eſt dementius:q̃ cum ipſe contra Rempu. pernitioſa arma cœperis:obicere alteri ſalutaria.At etiam quodam in loco fa cetus eſſe uoluiſti:quã id dii boni non decebat.in quo eſt tua cul pa nulla. aliquid enim ſalis ab uxore mima trahere potuiſti : Ce dant arma toge.Quid?tũ non ceſſerunt?At poſtea tuis armis ceſ ſit toga. Quæramus igitur utrũ melius fuit libertati P.R.ſcelera torum arma:an libertatem noſtrã armis tuis cedere ? Nec uero ti bi de uerſibus reſpondebo:tamen dicam breuiter:neq; illos :neq; ullas te omnino litteras noſſe.me nec.R.P.nec amicis unq̃ defuiſ ſe.& tamen omni genere monumentorũ meorũ perfeciſſe. Vt me uigiliæ meæq; litteræ & iuuentuti utilitatis & nomini Romano laudis aliquid afferrent .Sed hoc non huius temporis.ad maiora ueniamus.P.Clodium meo conſilio interfectũ eſſe dixiſti.Quid nam homines putarent:ſi tũ occiſus eſſet:cũ tu illũ in foro ſpectã te.P.R.gladio ſtricto inſecutus es?negociũq; tranſegiſſes niſi ille ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conieciſſet:hiſq; oppilatis impetum tuum compreſſiſſet . Sed quid?ego fauiſſe me tibi fateor. ſuaſiſſe ne tu quidem dicis. At Miloni ne fauere quidem potui.prius.n. rem tranſegit q̃ quiſq̃ tum ſuſpicaretur eũ facturũ eſſe.At ego ſua ſi?ſcilicet is animus erat Milonis ut prodeſſe Reip.ſine ſuaſor̃ nõ poſſet.At letatus ſum.quid ergo in tanta lætícia cunctæ ciuitatis me unum triſtem eſſe oportebat .quanq̃ de morte.P. Clodii fuit quæſtio non ſatis prudenter illa quidem conſtituta. Quid enim attinebat noua lege quæri de eo qui hominẽ occidiſſet: cum eſſet legibus quæſtio conſtituta?Quæſitũ eſt tamen.quid ergo? cum

res agebatur: nemo in me dixit & tot annis poſt tu es inuentus q diceres? Quod uero dicere auſus es: idq; multis uerbis opera mea Pompeiũ a Cæſaris amicitia eſſe diſiunctũ: ob eamq; cauſam mea culpa ciuile bellũ eſſe natũ: in eo nõ tu quidẽ tota re: ſed qđ maxi mum eſt temporibus erraſti. Ego. M. Bibulo præſtantiſſimo ciue conſule nihil prætermiſi: quãtũ facere enitiq; potui quin Pompei um a Cæſaris coniunctione auocarem. In quo Cæſar eſt fœlicior Ipſe enim Pompeiũ a mea familiaritate diſiunxit. Poſtea uero q̃ ſe totũ Pompeius Cæſari tradidit: Quid ego illum ab eo diſtrahere conarer? Stulti erat ſperare. ſuadere impudentis. duo tamẽ tempo ra inciderunt quibus aliquid contra Cæſarem Pompeio ſuaſerim ita uelim reprehendas ſi potes. Vnũ ne quinquennii imperiũ Cæ ſari prorogaretur. alterũ ne pateretur fieri: ut abſẽtis eius ratio ha beretur: quorũ ſi utrumuis perſuaſiſſem: in has miſerias nunq̃ in cidiſſemus. Atq; idem ego cũ iam omnes opes ſuas & Reipu. Põ peius ad Cæſarem detuliſſet ſeroq; eadẽ ſentire cœpiſſet: quæ ego multo ante prouiderã: inferriq; patrie bellũ nefarium uiderem: pe cis concordiæ compoſitõnis autor eſſe non deſtiti. meaq; illa uox eſt nota multis. Vtinã Cn. pompei. cũ. C. Cæſare ſotietatẽ: aut nunq̃ coiſſes: aut nũq̃ deremiſſes. Fuit alteꝝ grauitatis: alterũ pru dentiæ tuæ. Hæc mea. M. Antoni ſemper & de pompeio & de Re publica conſilia fuerũt q̃ ſi ualuiſſent Reſpu. ſtaret. Tu tuis flagi tiis: egeſtate: infamia concidiſſes. Sed hæc uetera. Illud uero recẽs Cæſarẽ meo cõſilio interfectũ. Iã uereor. P. C. ne qđ turpiſſimũ ẽ præuaricatorẽ mihi appoſuiſſe uidear: qui me nõ ſolũ meis laudi bus ornaret: ſed etiã honoraret alienis. Quis enim meũ in iſta ſo tietate gloiroſiſſimi facti nomẽ audiuit? Cuius aũt q in eo nume ro fuiſſet: nomen ẽ occultatũ? Occultatũ dico? Cuius non ſtati di uulgatũ? Citius dixeri iactaſſe ſe aliquos ut fuiſſe in iſta ſotietate uiderẽtᷣ ſotii: cũ ſotii nõ fuiſſent: q̃ ut qſq̃ cælare uellet: q̃ uer iſiſſe porro ẽ in tot hoĩbus partim obſcuris: partim adoleſcẽtibus ne minẽ occultantibus: meũ nomẽ latere potuiſſe? Etenim ſi autores ad liberãdũ patriã deſiderarentᷣ: illis autoribus Brutos ego impel lerẽ: quorum uterq;. L. Bruti ymaginẽ quotidie uideret. alter etiã Ahale. His igitᷣ maioribus orti ab alienis potius cõſilium peterẽt

q̄ a ſuis?& foris potius q̄ domi? Quid.C.Caſſius ī ea familia na tus quæ non modo dominatū:ſed ne potentiā quidē cuiuſq̄ ferre potuit me autorē credo deſiderauit? Qui etiā ſine his clariſſimis uiris hanc rem in Ciliciā ad oſtiū fluminis Cydni confeciſſet:ſi il le ad eam ripam quā conſtituerat:non ad contrariam nauis appu liſſet.Cn.Domitium nō patris interitus clariſſimi:non auunculi mors:nō ſpoliatio dignitatis ad recuperandā libertatem: ſed mea auctoritas excitauit?an.C.Trebonio perſuaſi:cui ne ſuadere qui dem auſus eſſem.Quo etiā maiorē ei Reip.gratiā debet:q liberta tem P.R.unius amicitiæ p̄poſuit:depulſorq; dominatus:q̄ parti ceps eſſe maluit.An.L.Tullius Cimber me ē autorē ſecutus. quē ego magis feciſſe illā rem ſum admiratus q̄ facturū putaui? admi ratus aūt ſum ob eā cauſā q immemor beneficiorū:memor patrie fuiſſet.Quid duos Seruilios Caſcas dicā an Ahalas?& hos aucto ritate mea cenſetis excitatos potius q̄ caritate Reipu?Longum eſt perſeq cæteros.Idq;.R.P.præclarum fuiſſe: tū multo ipſis glorio ſius ē. At quemadmodū me coarguerit homo acutus recordami ni Cæſare ſtatim interfecto inquit cruentū alte extollens.M. Bru tus pugionē:Ciceronē nominatī exclamauit.Atq; ei recuperatā li bertatē ē gratulatus. Cur mihi potiſſimū?q ſciebā: uide ne illa cā fuerit appellādi me:q cū rem geſſiſſet conſimilē rebus his quas ip ſe geſſerā:me potiſſimū teſtatus eſt: ſe emulū mearū laudū extitiſ ſe .Tu aūt omniū ſtultiſſime nō intelligis: ſi id qđ me arguis uo luiſſe Cæſarē interfici:crimen ſit:etiā letatū eſſe morte Cæſaris.cri men eſſe.Quid .n.intereſt inter ſuaſorē facti & probatorem?Aut quid refert utrū uoluerim fieri:an gaudeā factū?Et quis eſt igitur te excepto:qui illum regnar̄ gaudebas:qui illud aut fieri noluerit aut factum improbarit?Omnes.n.in culpa. Etenim omnes boni quantum in ipſis fuit Cæſarem occiderunt.aliis conſiliū:aliis ani mus:aliis occaſio defuit:uolūtas nemini .Sed ſtuporem hominis uel dicā pecudis:attendite. Sic enim dixit.M.Brutus quē ego ho noris cā nomino:cruentum pugionē tenens:Ciceronem exclama uit:ex quo intelligi debet eū conſciū fuiſſe.Ergo ego ſceleratuſ ap pellor a te:quem tu ſuſpicatum aliquid ſuſpicaris . Ille qui ſtillan tem pre ſe pugionem tulit:is a te honoris cauſa nominatur. Eſto

ſit in uerbis tuis hic ſtupor.q̃to in rebus ſententiiſq; maior. cõſti tue hoc conſul aliquando.Brutorum.C.Caſſii.Cn. Domicii.C. Trebonii reliquorũ:quam uelis cauſam eſſe:edormi crapulam in quam & exhala.an faces admouendæ ſunt: quæ te excitent tantæ cauſæ indormientem?Nunq̃ ne intelligis ſtatuendũ tibi eſſe utrũ illi qui iſtam rem geſſerũt homicide rei ſint:an uindices libertatis Attende enim pauliſper cogitationẽq; ſobrii hominis ad punctũ temporis ſuſcipe.Et ego qui ſum illorum ut ipſe fateor:familiaris Vt a te arguor ſotius nego quicq̃ eſſe mediũ.Confiteor eos niſi li beratores.Po.ro.conſeruatoreſq; Reipu.ſint pluſq̃ ſicarios:pluſq̃ homicidas:plus etiam q̃ parricidas eſſe.Si quidem eſt atrocius pa triæ parentẽ q̃ ſuũ occidere.Tu homo ſapiens & conſiderate quid dicis?Si parricidæ cur honoris cauſa a te ſunt & in hoc ordine & apud Rempu.ſemper appellati? Cur.M.Brutus te referente legi bus eſt ſolutus? ſi ab urbe pluſq̃ decẽ dies abfuiſſet ?cur ludi Ap pollinares incredibili.M.Bruti honore celebrati? Cur prouintiæ Caſſio & Bruto date?Cur quæſtores additi?Cur legatorũ nume rus additus?Atq; hæc acta per te.Non igitur homicidæ. Sequit̃ ut liberatoreſ tuo iudicio ſint:quando quidem tertiũ nihil poteſt eſſe.Quid eſt num conturbo te? Non enim fortaſſe ſatis:quæ di ſtinctius dicũtur intelligis . Sed tamen hæc eſt ſumma concluſio nis meæ. Quoniã ſcelere a te liberati ſunt:ab eodẽ te ampliſſimis præmiis digniſſimi iudicati ſunt.Itaq; iam retexo orationẽ meam Scribam ad illos ut ſiqui quod a te mihi obiectũ eſt:quærent: ſit ne uerum:ne cui negent .Etenim uereor ne aut cælatum me ab ip ſis illis non honeſtũ.aut inuitatũ refugiſſe:mihi ſit turpiſſimum. Quæ enim reſ unq̃ proh ſancte Iupiter nõ modo in hac urbe:ſed in omnibus terris eſt geſta maior?quæ glorioſior?quæ cõmenda tior erit hominũ memoriæ ſempiternæ . In huius me cõſilii ſotie tate tãq̃ in æquũ Troianũ includi cũ principibus nõ recuſo.Ago etiã gr̃as quoquo animo facis.Tãta.n.res ẽ ut inuidiã iſtã quã tu in me uis cõcitare:cũ laude nõ comparem . Quid enĩ beatius illis quos tu expulſos a te prædicas & relegatos?Qui locus ẽ:aut tam deſertus:aut tã inhumanus:qui illos quo acceſſerit :nõ affari atq; appetere uideat̃?Qui homĩes tam agreſtes q ſe cũ eos aſpexerint

non maximum cœpiſſe uitæ fructum putent? Quæ uero tam im memor poſteritas: quæ tam ingratæ litteræ reperientur: quæ eorũ gloriam non immortalitatis memoria ꝓſequantᷣ. Tu uero aſſcri be me talem in numerũ. Sed unã rem uereor: ne non probes: ſi. n. fuiſſem: non ſolũ Regem: ſed regnũ etiã de Repu. ſuſtuliſſem. Et ſi meus ſtilus ille fuiſſet ut dicitur: mihi crede nõ ſolũ unũ actum ſed totã fabulã cõfeciſſem. quanq̃ ſi interfici Cæſarem uoluiſſe cri men ẽ. Vide quæſo Antoni quid tibi futurũ ſit: quem & Narbo ne hoc conſilium cũ. C. Trebonio cœpiſſe notiſſimum eſt. Et ob eius conſilii ſotietatem cum interficeretur Cæſar tum te a Trebo nio uidimus ſeuocari. Ego aũt uide q̃ tecum agã nõ inimice. ꝙ be ne cogitaſti aliquando laudo. quod non indicaſti gratias ago. ꝙ non feciſti ignoſco. uirum res illa quærebat. ꝙ ſi te in iudiciũ qs adducat: uſurpetq; illud Caſſianũ: cui bono fuerit uide quæſo ne hereas: quanq̃ quidem illud fuit: ut tu dicebas: omnibus bono: q uni ſeruire nolebant. tibi tamen præcipue: qui non modo non ſer uis ſed etiã regnas: qui maximo te ære alieno ad ædem Opis libe raſti. qui per eaſdem tabulas innumerabilẽ pecuniã diſſipauiſti ad quem e domo Cæſaris tam multa delata ſunt. Cuius domus que ſtuoſiſſima eſt falſorum cõmentariorum & cyrographorum offici na: agrorum oppidorum immunitatum uectigalium flagitioſiſſi me nundinæ. Eteni quæ res egeſtati & æri alieno tuo præter mor tem Cæſaris ſubuenire potuiſſet? Neſcio quid conturbatus mihi eſſe uideris: nunquid ſubtimes ne ad te hoc crimen pertinere uide atur? Liberabo te metu. nemo credet unq̃. non eſt tuum de Rep. bene mereri. habet iſtius pulcherrimi facti clariſſimos uiros Rei pu. autores? Ego te dico tãtũ gaudere. feciſſe non arguo. Reſpõdi maximis criminibus. Nũc etiã reliquis reſpondendũ ẽ. Caſtra mi hi Pom: atq; om̃e illud tempus obieciſti. quo quidẽ ſi ut dixi: me um conſiliũ auctoritaſq; ualuiſſet tu hodie egeres. nos liberi eſſe mus. R. P. nõ tot duces & exercituſ amiſiſſet. Fateor. n. me cũ ea q̃ acciderunt: prouiderẽ futura: tanta in meſticia fuiſſe q̃ta cæteri op timi ciues: ſi idẽ ꝓuidiſſent fuiſſent. Dolebã: dolebã. P. C. R. P. quondã ueſtris meiſq; cõſeruatã cõſiliis breui tẽpore eſſe periturã Neq; uero eram tam indoctus ignaruſq; rerũ: ut frangerer animo.

propter uitæ cupiditatem:quæ me manens conficeret angoribus dimiſſa moleſtiis omibus liberaſſet .Illos ego præſtantiſſimos ui ros lumina Reipu.uiuere uolebam:tot conſulares: tot prætorios tot honeſtiſſimos Senatores. Omnem præterea florem nobilita tis ac iuuentutis:tum optimorũ ciuiũ exercitus:qui ſi uiuerent:q̃ uis iniqua conditione pacis. Mihi enim omnis pax cum ciuibus bello ciuili utilior uidebatur.R.P.hodie teneremus:quæ ſentẽtia ſi ualuiſſet ac non hi maxime quorũ ego uitæ conſulebam:ſpe ui ctoriæ elati obſtitiſſent:ut alia omittam: tu nunq̃ in hoc ordine: uel potius nunq̃ in hac urbe manſiſſes .At uero Cn.Pompeii uo luntatem a me abalienabat oratio mea. An ille quenq̃ plus dilex it.Cum ullo aut ſermones aut conſilia contulit ſæpius. Quod q dem erat magnũ:de ſumma re diſſentientes:in eadem conſuetudi ne amicitiæ permaneretSed ego quid ille e contra ille quid & ego ſentirem & ſpectarem uidebat.Ego incolumitati ciuium primum & poſtea dignitati:ille præſenti potius conſulebat. Quod autem haberet uterq; quid ſequeretur. idcirco tollerabilior erat nr̃a diſſẽ ſio. Quid uero ille conſularis uir ac pene diuinus de me ſenſerit ſciunt qui eum Pharſalica fuga Paphum proſecuti ſũt. Nunq̃ ab eo mentio de me:niſi honorifica:niſi plena amiciſſimi deſiderii cũ me uidiſſe plus fateretur ſe ſperauiſſe meliora.Et eius uiri nomine me inſectari audes:cuius me amicum te ſectorem eſſe fateare? Sed omittatur bellum illud in quo tu nimium fœlix fuiſti:ne iocis q dem reſpõdebo .quibus me in caſtris uſũ eſſe dixiſti.Erant quidẽ illa caſtra plena curæ. Verumtamen homines q̃uis in turbidis re bus ſint:tamen ſi modo homines ſunt:interdum animis relaxan tur.Quod autem idem mœſticiam meã repræhendit:eundẽ locũ magno argumẽto ſit:me in utroq; fuiſſe moderatũ. Hereditatem mihi negaſti uenire.Vtinã hoc tuum uerũ crimen eſſet. Plures a mici mei & neceſſarii uiuerẽt. Sed qui iſtuc tibi uenit in mentem Ego enim amplius ſeſtertium ducenties acceptum hereditatibus retuli:quanquã in hoc genere fateor fœliciorem eſſe te. Me nemo niſi amicus fecit heredem:ut cũ illo cõmodo ſi quod erat animi q dẽ dolor iũgeret: te is quẽ nũq̃ uidiſti Lucius Rubrius Caſſinus fecit heredẽ.Et quidẽ uide q̃ te amarit:is q Albuſſaterne fuit igno

rās fratris filium præteriit.Q.Furii honeſtiſſimi equitis Romani ſuiq; amiciſſimi qué palam heredé.Velim mihi dicas:niſi moleſtū eſt.L.Turſecius qua facie fuerit:qua ſtatura:quo municipio: qua tribu.nihil ſcio inquies:niſi quæ ꝑdia habuerit. Igit̃ fratré exhe redans te faciebat heredem .In multas præterea pecunias alieniſſi morū hominū eiectis ueris heredibus tanq̃ heres eſſet inuaſit .q̃q̃ hoc maxime admiratus ſum mentionem te hereditatū auſum eſſe facere :cū ipſe hereditaté paternam non adiſſes. Hæc ut colligeres homo amentiſſime tot dies in aliena uilla declamaſti . Quanq̃ tu quidé ut tui familiariſſimi dictitant.uni exhalandi:nō acuendi in genii cauſa declamitas. at uero adhibes ioci cauſa magiſtrū ſuffra gio tuo & compotorū tuorū Rhetorem:cui conceſſiſti ut in te q̄ uellet diceret.Salſū omnino hominé:ſed materia facilis in te & in tuos dicta dicere .Vide auté inter te & auū tuū quid interſit : Ille ſenſim dicebat.ꝙ cauſæ prodeſſet.Tu curſim dicis aliena.at quan ta merces Rhetori data é: Audite:audite.P.C. & cognoſcite Rei pu.uulnera.Duo milia iugerū campi Leontini .Sex Clodio Rhe tori aſſignaſti & quidé immunia ut ꝓ tanta mercede nihil ſapere diſceres. Num etiam hoc homo audaciſſime ex Cæſaris cōmenta riis .Sed dicā alio loco de Leōtino agro & de Campano:quos iſte agros ereptos Reipu. turpiſſimis poſſeſſoribus inquinauit . Iam enim quoniam criminibus eius ſatis reſpondi.de ipſo correptore & emendatore noſtro quædam dicenda ſunt .Nec enim omnia ef fundam.ut ſi ſæpius decertandum ſit:ut erit ſemper nouus ueniā quam facultatem mihi iſtius multitudo uitiorum peccatorumq; largitur.Vis ne igitur te inſpiciamus a puero: Sic opinor a prin cipio ordiamur.Tenes ne memoria prætextatum te decoxiſſe.Pa tris inquies iſta culpa eſt.Concedo.Etenim eſt pietatis plena defé ſio. Illud tamen audaciæ tuæ ꝙ ſediſti in quatuordecimis ordini bus.Cū eſſet lege Roſcida decoctoribus certus locus conſtitutus q̄uis q fortunæ uitio nō ſuo decoxiſſet.Sūpſiſti uirilé togā quam ſtatim muliebré ſtolam reddidiſti. primo uulgare ſcortum. certa flagitii merces:nec ea parua. ſed cito Curio interuenit : qui a te a meretricio quæſtu abduxit:& tāq̃ ſtolā dediſſet ī matrimonio ſta bili & certo locauit.Nemo unq̃ puer emptus libidinis cā fuit tā ī

Domicii poteſtatem q̃ tu i Curionis. Quotiés te pater eius domo ſua eiecit :quotiens cuſtodes poſuit ne limen intrares: Cum tñ tu nocte ſotia hortante libidine cogente mercede per tegulas dimit tere. Quæ flagitia domus illa diutius ferre nõ potuit. Scis ne me de rebus mihi notiſſimis dicere? Recordare tempus illud: cum pa ter Curio mœrens iacebat in lecto: filius ſe ad pedes meos proſter nens lachrymans te mihi cõmendabat .orabat ut te contra ſuum patrem: ſi ſeſtertium ſexagies peteret defenderem . Tantum enim pro te intercesſiſſe dicebat. Ipſe autem amore ardens confirmabat ꝙ deſiderium tui diſſidii ferre non poſſet: ſe in exilium eſſe iturũ Quo ego tempore tanta mala florentiſſimæ familiæ ſedaui: uľ po tius ſuſtuli. patri perſuaſi ut æs alienũ filii diſſolueret. redimeret a doleſcentem ſumma ſpe & animi & ingenii præditum rei familia ris facultatibus. eumq; a tua non modo familiaritate ſed etiam cõ greſſione patrio iure & poteſtate prohiberet . Hæc tu cum per me acta meminiſſes: niſi illis quos uidemus: gladiis confideres: male dictis me prouocare auſus eſſes? ſed iam ſtupra & flagitia omittã. Sunt quædam quæ honeſte non poſſum dicere . Tu autem eo li berior: ꝙ ea in te admiſiſti: quæ a uerecundo inimico audire non poſſes . Sed reliquum curſum uidete: quem quidem celeriter per ſtringam. Ad hæc enim quæ in ciuili bello in maximis Reipub. miſeriis fecit: & ea quæ quotidie facit feſtinat animus. que peto ut quanq̃ multo notiora uobis q̃ mihi ſunt: tamen ut facitiſ attente audiatis . Debet enim talibus in rebus excitare animos: non cog nitio ſolum rerum: ſed etiam recordatio: tam & ſi incidamus opor tet media: ne nimis ſero ad extrema ueniamus. Intimus erat in tri bunato Clodio : qui ſua erga me beneficia commemorat : cuius omnium incendiorum fax: cuius etiam domi quiddam iam tum molitus eſt . Quid dicam ipſe optime intelligit. Inde iter Alexan driam contra ſenatus auctoritatem . contra religiones . Sed habe bat ducem Gabinium : qui cum quiduis rectiſſime facere poſſet Qui tum inde reditus? aut qualis? Prius in ultimam Galliam ex Egypto q̃ domum. quæ autem erat domus? Suam enim quiſque domum tum obtinebat. neque erat uſq̃ tua. domum dico? Quid erat in terris: ubi in tuo pedem poneres? ꝓter unũ Miſenũ quod

cum ſotiis tanq̄ ſi Saponem tenebas. Veniſti e Gallia ad quæſtu ram petendā. Aude dicere prius ad patrem tuum ueniſſe q̄ ad me Acceperam enim iā ante Cæſaris litteras ut mihi ſatis fieri paterer a te. Itaq; ne loqui quidem ſum te paſſus de gratia, poſtea cuſtodi tus ſum a te: tu a me: obſeruatus in petitōne quæſturæ. Quo qui dem tempore. P. Clodium approbante. R. P. in foro es conatus occidere. Cumq; eam rem tua ſponte conarere: non impulſu meo tamen ita prædicabas te non eſtimare niſi illum interfeciſſes: unq̄ mihi pro tuis in me iniuriis ſatis eſſe facturum. In quo demiror cur Milonem impulſu meo rem illā egiſſe dicas: cū te ultro mihi idem illud deferentem nunq̄ ſim abhortatus. quanq̄ ſi in eo perſe uerares: ad tuam gloriā rem illā referri malebam q̄ ad meā gratiā: Quæſtor es factus. deinde continuo ſine ſenatus Conſulto: ſine ſorte: ſine lege ad Cæſarem cucurriſti. Id enim unū ī terris egeſta tis æris alieni nequiciæ perditis uitæ rationibus perfugiū eſſe du cebas. ibi te cum & illius largitionibus: & tuis rapinis expleuiſſes ſi hoc eſt explere: quod ſtatim effundas: aduolas egens ad Tribu natum ut in eo magiſtratu ſi poſſes uitrici tui ſimilis eſſes. Accipi te nunc quæſo: non ea quæ ipſe in ſe atq; in domeſticum dedecus impure atq; intemperāter: ſed quæ in nos fortunaſq; noſtras: id ē uniuerſam Rempu. impie ac nefarie fecerit. Ab huius enim ſceler̄ omnium malorum principiū natū reperietis. Nam cū. L. Lentulo C. Marcello conſulibus kalendas Ianua. labentem & prope caden tem R. P. fulcire cuperetis: ipſiq;. C. Cæſari ſi ſana mente eſſet: cō ſulere uelletis: tū iſte uenditū atq; mancipatū Tribunatū conſiliis ueſtris oppoſuit. ceruiceſq; ſuas ei ſubiecit ſecuri: qua multi in mi noribus peccatis occiderunt. In te aūt. M. Antoni id decreuit Se natus & quidem incolumis non dū tot luminaribus extinctis. q; in hoſtem togatum decerni eſt ſolitū more maiorum. Et tu apud P. C. contra me dicere auſus es: cum ab hoc ordine ego conſerua tor eſſem. tu hoſtis Reipu. iudicatus? Cōmemoratio illius tui ſce leris intermiſſa eſt. non memoria deleta. dum genus hominum? dū Po. ro. nomen extabit: quod quidem erit: ſi per te licuerit: ſem piternum: tua illa peſtifera interceſſio nominabitur. quid cupide a Senatu: Quid temere fiebat: cum tu unus adoleſcens uniuerſū

ordinem decernere de ſalute Reip.prohibuiſti?neq; id ſemel. ſed ſæpius:neq; tu tecum de Senatus auctoritate agi paſſus es.Quid autem agebatur niſi ne delere & euertere.R.P.funditus uelles?cũ te neq; principes ciuitatis rogando: neq; maiores natu monendo neq; .R.Eques: aut ſenatus agendo de uendita atq; addita ſenten tia mouere potuit?Tum illud multis ante tentatis neceſſario tibi uulnus inflictum quod paucis ante te:quorum incolumiſ fuit ne mo.Tum contra te dedit arma hic ordo conſulibuſ:reliquiſq; im periis:& poteſtatibus:quæ non effugiſſes:niſi te ad arma Cæſaris contuliſſes. Tu tu inquam.M.Antoni princeps.C.Cæſari ꝑtur bare omnia cupienti cauſam belli contra patriam inferẽdi dediſti: Quid enim aliud ille dicebat? quam cauſam dementiſſimi ſui cõ ſilii & facti afferebat:niſi ꝙ interceſſio neglecta:ius Tribunitium ſublatum:circumſcriptus eſſet Antonius?omitto q̃ hæc falſa q̃ le uia:præſertim cum omnino nulla cauſa iuſta cuiq̃ eſſe poſſit:con tra patriam arma capiendi.Sed nihil de Cæſare. Tibi certe confi tendum eſt:cauſam pernicioſiſſimi belli in perſona tua conſtitiſſe O miſerum te ſi intelligis hoc litteris mandari:hoc memoriæ pro di. huius rei ne poſteritatem quidem omnium ſeculorũ unq̃ ime morem fore.Cõſules ex Italia expulſos:cumq; his.Cn. Pompeiũ qui Imperii Po.q; Ro. decus:ac lumen fuit. omnes conſulares q per ualitudinem exequi fugam illam:clademq; potuiſſent:Præto res:Prætorios.Tri.ple.magnã partẽ Senatus:omnẽ ſobolẽ iuuen tutis unoq; uerbo.R.P.expulſam atq; exterminatã ſuis ſedibus. Vt igit̃ in ſeminibus cauſa eſt arborũ & ſtirpiũ: ſic huius luctuo ſiſſimi belli ſemen tu fuiſti:Doletis tres exercitus.Po.Ro.interfe ctos?Interfecit Antonius.deſideratis clariſſimos ciues?eos quoq; eripuit uobis Antonius.Omnia deniq; q̃ poſtea uidimus:q̃d au tẽ mali nõ uidimus?ſi recte ratiocinabimur:uni accepta referemuſ Antonio. ut Helena Troianis: Sic iſte.R.P.cauſa belli: cauſa pe ſtis atq; exitii fuit. Reliquæ partes tribunatus principio ſimiles. Omnia perfecit quæ ſenatus ſalua Rep.ne fieri poſſent: perfecerat Cuius tñ ſcelus in ſcelere cognoſcite.Reſtituebat multos calami toſos:In his patrui nulla mentio. Si ſeuerus cur non in omnes? Si miſericors cur nõ in ſuos?Sed omitto cæteros.Liciniũ Lenticu

Iam de alea condemnatũ colluſorẽ ſuũ reſtituit. quaſi uero ludere
cũ cõdemnato nõ liceret.ſed ut qđ in alea ꝑdiderat:beneficio legis
diſſolueret . Quã attuliſti rationẽ.Po.Ro. cur eũ reſtitui oporte
ret? abſentem credo in reos relatum. rem indicta cauſa iudicatam
nullũ fuiſſe de alea lege iudiciũ.ui oppreſſum & armis. poſtremo
quod de patruo dicebat̃:pecunia iudiciũ eſſe corruptũ.nihil hoꝝ
At uir bonus &.R.P.dignus: nihil id quidẽ ad rem . Ego tamen
quoniã cõdemnatum eſſe ꝓ nihilo eſt:ſi ita eſſet: ignoſcerem :ho
minem uero omniũ iam nequiſſimum qui nõ dubitaret uel in fo
ro alea ludere:uel lege quæ eſt de alea condemnatũ:qui in integꝝ
reſtituit:is non apertiſſime ſtudium ſuũ ipſe profitetur? In eodẽ
uero tribunatu cum Cæſar in Hiſpaniam proficiſcens huic cõcul
cãdam Italiam tradidiſſet:quæ fuit eius peragratio itinerũ? luſtra
tio municipiorũ? Scio me in rebus celebratiſſimis ſermone omni
um uerſari.eaq; quæ dico:dicturuſq; ſum :notiora omnibus eſſe:
qui in Italia tũ fuere :q̃ mihi:qui non fui. Notabo tamẽ ſingulas
res. & ſi nullo modo poterit oratio mea ſatiſfacere ſcientiæ ueſtræ
Etenim quod unq̃ in terris tm̃ flagitiũ extitiſſe auditum eſt:tantã
turpitudinem:tãtũ dedecus? Vehebat̃ in eſſedo.Tri.Ple. lictores
laureati antecedebant.inter quos aperta lectica mima portabatur
quã ex opidis municipalibus homines honeſti obuiã neceſſario
prodeuntes nõ uero illo & inimico nomine:ſed Volũniam ſaluta
bant.Sequebat̃ Rheda cũ lenonibus comites nequiſſimi. reiecta
mater amicã impuri filii tanq̃ nurum ſequebat̃ . O miſeræ mulie
ris fœcunditatẽ calamitoſam. horũ flagitiorũ iſte ueſtigiis omnia
Municipia:præfecturas:Colonias: totam deniq; Italiã impreſſit.
Reliquorũ factorũ eius.P.C.difficilis eſt ſane repræhenſio . & lu
brice uerſatus ĩ bello eſt. Saturauit ſe ſanguine diſſimillimoꝝ ſui
ciuiũ fuit fœlix ſi põt ulla eſſe ĩ ſcelere fœlicitas.Sed qm̃ ueteranis
cautum eſſe uolumus:quanq̃ diſſimilis eſt militũ cauſa & tua:illi
ſecuti ſũt:tu quæſiuiſti ducẽ:tñ ne apud illos me in inuidiam uo
ces nihil de genere belli dicam. Victor Theſſalia Brunduſium cũ
legionibus reuertiſti.ibi me non occidiſti.magnũ beneficiũ.potu
iſſe enim fateor.quanq̃ nemo erat eorum qui tunc tecum fuerunt
rũt qui mihi non cenſeret parci oportere . Tanta enim eſt caritas

patriæ ut ueſtris etiam legionibus ſanctus eſſem: ꝙ eam a me ſer uatam eſſe meminiſſent. Sed fac te dediſſe mihi: quod non ademi ſti: meq́ꝫ a te habere uitam: quia a te non ſit erepta. Liceat nunc mi hi per tuas contumelias hoc beneficiū ſic tueri ut tuebar: præſertī cū te hæc auditurum uideres. Veniſti Brunduſium in ſinū quidē & complexum tuæ mimulæ. Quid eſt? Num mentio? q̄ miſerū eſt id negare non poſſe quod ſit turpiſſimum confiteri. Si te mu nicipiorum nō pudebat: ne ueterani quidem exercitus? Quis enī miles fuit qui Brunduſii illam non uiderit? quis qui neſcierit ue niſſe eam tot dierum tibi uiam gratulatum? Quis qui non indo luerit tam ſero ſe quem hominem ſecutus eſſet cognoſcere? Italiæ rurſus percurſatio eadem comite mima. in oppida militum crude lis & miſera deductio. in urbe auri & argenti maximeq́ꝫ uini fœda direptio. Acceſſit ut Cæſare ignaro cum eſſet ille Alexandriæ be neficio amicorū eius magiſter equitum conſtitueretur. tum exiſti mauit ſe ſuo iure cum Hippia uiuere. & æquos uectigales Sergio mimo tradere. quid ego iſtius decreta? quid rapinas? quid heredi tatū poſſeſſiones datas? quid ereptas proferam? cogebat egeſtas? quo ſe uerteret non habebat. non dum ei tanta a. L. Rubrio nō a L. Tuſercio hereditas uenerat. nō dum in. Cn. Pompeii locū: mul torumq́ꝫ aliorū qui aberant: repentinus heres ſucceſſerat. erat ei ui uendum latronum ritu: ut tantum haberet quantum rapere potu iſſet. Sed hæc quæ robuſtioris improbitatis ſunt omittamus. Lo quamur potius de iniquiſſimo genere leuitatis. Tu iſtis faucibus iſtis lateribus: iſta gladiatoria totius corporis firmitate: tātū uini in Hippiæ nuptiis exhauſeras: ut tibi neceſſe eſſet in P. R. conſpe ctu uomere poſtridie. O rem nō modo uiſu fœdam: ſed etiam au ditu. Si inter cœnam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi ac cidiſſet: quiſ nō turpe diceret? in cœtu uero populi negociū publi cū Regens magiſter æquitū? cui ructare turpe eſſet: his uomens fruſtis eſculentis uinū redolentibus gremiū ſuū: & totū tribunal impleuit. Sed hoc ipſe fatetur eſſe in ſuis ſordibus. Veniamus ad ſplendida. Cæſar Alexādriā ſe recœpit fœlix ut ſibi quidē uideba tur. mea aūt ſentētia ſi quis R. P. ſit infœlix fœlix eſſe non poteſt haſta poſita ꝓ æde Iouis Statoris bona: miſerū me cōſumptis enī

lachrymis tñ infixus animo heret dolor: bona inquã .Cn. Pom. Magni uoce acerbiſſime ſubiecta preconis.una in illa re ſeruitutiſ oblita ciuitas ingemuit.Seruientibuſq; animis gemitus tñ.P.R. liber fuit.Expectantibus omnibus quis nã eſſet tam impius:'tam demens:tam diis hominibuſq; hoſtiſ:qui ad illud ſcelus ſectioniſ auderet accedere:'inuentus eſt nemo præter Antoniũ . præſertim cũ tot eſſent circa haſtã illã qui alia omnia auderent. Vnus inuentus ẽ qui id auderet:quod omniũ fugiſſet & formidaſſet audacia. Tantus igitur te ſtupor oppreſſit.uel ut uerius dicã tantus furor ut primũ cũ ſector ſis iſto loco natus: deinde cũ Pompeii ſector: nõ te execrandũ.P.R.nõ deteſtabilẽ:nõ oẽs tibi deos: oẽs homines & eſſe inimicos & futuros ſcias:'At q̃ inſolenter ſtatim Helluo inuaſit in eius uiri fortunas.Cuius uirtute terribilior erat.P. R.exteris gẽtibus iuſticia carior:' In eius igit' copias cũ ſe ſubito ingurgitauiſſet: exultabat gaudio pſona de mimo modo egens: repente diues . Sed ut eſt apud poetã neſcio quẽ male parta :male dilabuntur:incredibile ac ſimile portenti ẽ:quo nã modo illa tam multa q̃ paucis nõ dico menſibus:ſed diebus effuderit.Maximus uini numerus fuit.permagnũ optimi pondus argẽti. præcioſa ueſtis.multa & lauta ſuppellex & magnifica multis locis:nõ illa qdẽ luxurioſi hominis:ſed tñ habundantis.Hoꝝ paucis diebus nihil erat.q̃ charybdis tam uorax:'Charybdin dico:quæ ſi fuit fuit animal uiuũ.Oceanus mediuſfidius uix uidet' tot res tam diſſipatas tã diſtantibus in locis poſitaſ tã cito abſorbere potuiſſe.nihil erat clauſũ:nihil obſignatũ:nihil ſcriptũ.Apothecæ totæ nequiſſimis hominibus cõdonabant'.alia mimi rapiebant:alia mimæ.domus erat aleatoribus referta: plena ebriorũ.totos dies potabat': atq; id locis pluribus.Suggerebant' etiã ſepe:non enim ſemp iſte fœlix: damna aleatoria conchyliatis.Cn.Pompeii periſtromatis ſeruoꝝ in cellis lectos ſtratos uideres. Quamobrẽ deſinite mirari hæc tã cæleriter eſſe cõſumpta:nõ modo unius patrimoniũ q̃uis ampliſſimi:ut illud fuit:ſed urbeſ & regna tanta nequicia deuorare potuiſſet.At eiuſdẽ ædes etiã & hortos.O audaciã immanẽ:tu ingredi illã domũ auſus es:'tu illud ſanctiſſimũ limen intrare:'tu illarum ædiũ diis penatibus os importuniſſimũ oſtendere:' quã domum

aliquam diu nemo aſpicere poterat:nemo ſine lachrymis prætería
Hac te in domo tam diu diuerſari non pudet ?' In qua q̃uis nihil
ſapias:tamẽ nihil tibi poteſt eſſe iocundũ. An tu illa ueſtibula ro
ſtra ſpolia cũ aſpexiſti domũ tuam te introire putas?'fieri non po
teſt.q̃uis enim ſine mente :ſine ſenſu ſis ut es:tamen & te & tua &
tuos noſti.Nec uero te unq̃ neq; uigilãtem neq; in ſomnis credo
mente poſſe conſiſtere. Neceſſe eſt q̃uis ſis:ut es uiolẽtus & furẽs
cum tibi obiecta ſit ſpeties ſingulans uiri perterritum de ſomno
excitari.furere etiam ſepe uigilantem.Me quidem miſeret parietũ
ipſorum:atq; tectorum.quid enim unquã domus illa uiderat: ni
ſi pudicum?'niſi ex optimo more & ſanctiſſima diſciplina?'fuit.n.
ille uir.P.C. ſicut ſcitis:cum foris clarus:tum domi admirandus
neq; rebus exteris magis laudandus q̃ inſtitutis domeſticis . Hu
ius in ſedibus procubiculis ſtabula : pro tricliniis propinæ ſunt.
Et ſi negat iam:nolite nolite quærere?'frugi factus eſt.Illam ſuam
ſuas res ſibi habere iuſſit . Ex duodecim tabulis cauſam addidit.
exegit.q̃ porro ſpectatus ciuis.q̃ probatus?'cuius ex omni uita ni
hil eſt honeſtius?q̃ quod cum Mima fecit diuortium.At q̃ crebro
uſurpat & Conſul & Antonius?'hoc eſt dicere & Conſul & impu
diciſſimus:& Conſul & homo nequiſſimus .Quid enim eſt alius
Antonius?'Nam ſi dignitas ſignificaretur in nomĩe dixiſſet aliq̃n
credo auus tuus & Conſulem & Antonium. nunq̃ dixit. dixiſſet
etiam collega meus patruus tuus: niſi ſolus eſſes Antonius . Sed
omitto ea peccata:quæ non ſunt earum partiũ propria:quibus tu
Rempu.uexauiſti. Ad ipſas tuas partes redeo:id eſt ad ciuile bel
lum. Quod natũ:conflatum ſuſceptum:opera tua eſt. Cur ei bel
lo tũ propter timiditatem tuã & ꝓpter libidines defuiſti ?' Guſta
ras ciuilem ſanguinem:uel potius exorbueras. fueras in acie phar
ſalica anteſignanus.L. Domitiũ nobiliſſimũ & clariſſimũ uirũ oc
cideras. multos qui de prælio effugerant quorũ Cæſar nõnullos
fortaſſe ſeruaſſet crudeliſſime pſecutus trucidaras. Quibus rebus
tãtis talibus geſtis quid fuit cauſæ cur in Africã.Cæſarẽ nõ ſequæ
rere?'cũ pſertim belli pars tanta reſtaret?' Itaq; quẽ locũ apud ipſũ
Cæſarẽ poſt eius ex Africa reditũ obtinuiſti?'quo numero fuiſti?'
cuius tu imperatoris Quæſtor fueras?' Dictatoris magiſter eqtũ

belli princeps?crudelitatis autor:predæ ſotius:teſtamenti ut ipſe dicebat filius?appellatus es de pecunia:quam pro domo pro hortis:pro ſectione debebas. Primo reſpondiſti plane ferociter. & ne omnia uidear contra te propemodū æqua & iuſta dicebas. A me C.Cæſar pecuniā:cur potius q̄ ego ab illo? an ille ſine me uicit? an ne potuit quidē.Ego ad illū belli ciuilis cauſā attuli.Ego leges pernicioſas rogaui.ego arma contra conſuleſ imperatoreſq;.P.R. contra Senatum Po.q; Ro.contra deos patrios araſq; & focos:cōtra patriā tuli? Num ſibi ſoli uicit: quarum facinus cōmune: cur non ſit eorum præda communis?ius poſtulabas. Sed quid ad rē plus ille poterat.itaq; excluſis tuis uocibus :& ad te & ad prædas tuas milites miſit.Cū repente a te præclara illa tabula prolata qui riſus hominum de te erat.tantā eſſe tabulam tam uarias tam multas poſſeſſiones ex quibus præter partem Miſeni nihil erat:quod is qui auctionaretur:poſſet ſuū dicere.Auctionis uero miſerabiliſ aſpectus.ueſtis Pompeii:non multa:eaq; maculoſa. eiuſdem quædā argentea uaſa colliſa .Sordidata mācipia.Vt doleremus quicq̄ eſſe ex illis reliquiis quod uidere poſſemus . Hanc tamē auctionē heredes.L.Rubrii decreto Cæſariſ prohibuerunt.herebat nebulo quo ſe uerteret non habebat.Quippe in his ipſis temporibus domi Cæſaris percuſſor ab iſto miſſus depræhēſus dicebatur eſſe cū ſica.de quo Cæſar in Senatu aperte in te inuehens quæſtus ē.Proficiſcitur in Hiſpaniam Cæſar paucis tibi ad ſoluendum propter inopiam tuam prorogatis diebus ne tum quidem ſequæris.tā bonus gladiator rudem tam cito accepiſti. hunc igitur quiſq̄ qui in ſuis partibus:id eſt in ſuis fortunis tam timidus fuerit: ptimeſcat profectus eſt tn̄ aliquando in Hiſpaniam.ſed tuto ut ait: peruenire non potuit.Quo nā modo igitur Dolobella peruenit? aut nō ſuſcipienda fuit iſta cauſa Antoni:aut cum ſuſcepiſſes: defendēda uſq; ad extremum.iter depugnauit Cæſar cum ciuibus in Theſſalia Africa Hyſpania . Omnibus affuit his pugnis Dolobella . In Hiſpanienſi etiam uulnus accepit. Si de meo iudicio quæris: nollem:ſed tn̄ conſiliū a principio rep̄hendendū laudanda cōſtantia: Tu uero quis es.Cn.Pom.liberi primū patriā repetebāt.Eſto fuerit partiū hæc cauſa cōis.repetebāt præterea deos penates patrios:

araſ:focos larem ſuũ familiaré:in quæ tu iuaſeras. Hæc cũ peterẽt armis hi quorũ erant legibus & ſi ĩ rebus iniquiſſimis qd pót eſſe æqui:ˊTñ erat æquiſſimũ cótra Cn.Pom.liberos.Cn.Pom. pugnare ſectoré.An tu Narbone in menſas hoſpitũ cũ uomeres. Dolobella pro te ĩ Hiſpania dimicaret:ˊQui uero Narbona reditus:ˊ & tñ quærebat:cur ego ex ipſo curſu tã ſubito reuertiſſem. Expoſui nup.P.C.cauſã reditus mei. Volui etiã ſi poſſem ante Kalen. Iañ.prodeſſe Reip.nã quod quærebas:quomodo rediſſem:ˊꝓmũ luce:non tenebris.deinde cũ calceis & toga.nullis nec caligis:neç lacerna. At etiã aſpicis me & quidẽ ut uideris iratus. ne tu mecũ iam in gratiam redeas:ſi ſcias q̃ me pudeat nequiciæ tuæ cuius te ipſum non pudet.Ex omniũ omnibus flagitiis nullũ turpius uidi:nullum audiui q̃ ꝙ qui magiſter æquitũ fuiſſe tibi uiderere:in proximum annum cóſulatum peteres:uel potius rogares:ˊ idq; ꝑ municipia: Coloniaſq; Galliæ a quà cũ conſulatus noſter petebatur:non rogabatur.petere conſulatũ ſolebamus. cum caligis & lacerna cucurriſti.At uidere leuitaté. Cum hora diei fere ad ſaxa rubra ueniſſet:delituit in quadã Cauponula.atq; ibi ſe occultans ꝑpotauit ad ueſperũ. Inde Caſſia cæleriter ad urbem aduectus domum uenit capite inuoluto.Ianitor quis tu:ˊ a Marco tabellarius Cófeſtim ad eã cuius cauſa uenerat.deducitur:ˊ eiq; epiſtolam tradidit.Quã cũ illa legeret:flens:erat enim amatorie ſcripta.Caput aũt litterarũ:ſibi cum illa mima poſt hac nihil futurũ. omnem ſe amorem abieciſſe illinc atq; in hanc tranſſudiſſe. Cũ mulier fleret uberius:homo miſericors ferre non potuit.caput aperuit in collũ euaſit.O hominé nequã.quid enim aliud dicã magis ꝓprie:nihil aliud poſſũ dicere:ˊ Ergo te ut catamitũ:neq; oppinato cum oſtendiſſes ꝑ̃ter ſpem mulier aſpiceret. Idcirco urbẽ terrore nocturno: Italiã multorũ dieꝝ metu ꝑturbaſti:ˊEt domi quidẽ cauſã amoris habuit:ˊforis etiã turpioré.Ne.I.Plaucus prædes tuos uenderet. ꝓductus in contione a Tri.ple.cũ reſpondiſſeſ te rei tuæ cauſa ueniſſe.populum in te dicacé etiã reddidiſti.Sed nimis multa de nugis.ad maiora ueniamus:ˊCæſari ex Hiſpania redeunti obuiã longiſſime proceſſiſti. Cæleriter iſti & rediſti ut cognoſceret te ſi minus fortem:attamé ſtrennuũ.factus ei rurſus neſcio quomodo ſa

miliaris.habebat hoc omnino Cæſar quē plane pditū ære alieno egentemq; ſi eundē nequā hominem audacemq; cognouerat:hūc in familiaritatē libentiſſime recipiebat. His igitur rebus præclare commendatus iuſſus eſt renuciari Conſul & quidem cum ipſo nihil quæro de Dolobella:qui tum eſt impulſus:eluſus: inductus. Qua ī re quanta fuerit utriuſq; ueſtrum perfidia in Dolobellam quis ignorat? Ille induxit ut peteret:promiſſum & receptū interuertit ad ſeq; tranſtulit. Tu eius perfidiæ uoluntatem tuā aſſcripſiſti. Veniunt Kal.Ian.cogimur in Senatum inuectus eſt copioſius multo in iſtum:& paratius Dolobella:q̄ nunc ego.Hic aūt iratus quæ dixit dii boni. cū primum Cæſar oſtēdiſſet ſe prius q̄ pficiſceretur Dolobellam Conſulē eſſe iuſſurum:quem negant Regem qui & faceret ſemper eiuſmodi aliquid & diceret. Sed cū Cæſar ita dixiſſet tum hic bonus augur eo ſe ſacerdotio præditū eſſe dixit:ut comitia auſpiciis uel impedire:uel uiciare poſſet: Idq; ſe facturum eſſe aſſeuerauit: In quo primū incredibilem ſtupiditatē hominis cognoſcite.Etenī iſtuc quod te ſacerdocii iure facere poſſe dixiſti:ſi augur non eſſes:& conſul eſſes:minus facere potuiſſes Vide etiam ne facilius.Nos enim nunciationem ſolum habemus Cōſules & reliqui Magiſtratus etiam inſpectionem. Eſto hoc imperite. nec enim ab homine nunq̄ ſobrio poſtulanda prudentia. Sed uidete impudentiam multis ante menſibus in Senatū dixiſſe Dolobellæ comitia aut ꝓhibiturum auſpiciis: aut id facturū eſſe quod fecit.Quiſq̄ ne diuinar̄ poteſt quid uitii in auſpiciis futurū ſit:niſi qui de celo ſeruare conſtituit? quod neq; licet comitiis per leges:& ſi quis ſeruauit non habitis comitiis:ſed priuſq̄ habeant̄ debet nūciare:uerū implicata inſcita impudētia eſt: ſi neſcit quod augurem:nec facit quod pudentē decet. Atq; illo die recordamini eius uſq; ad Idus Martias Conſulatū. Quis unq̄ apparitor tā humilis tam abiectus? nihil eſſe poterat:omnia rogabat.Caput ī aduerſam lecticā inferens beneficia quæ uenderet:a Collega petebat Ecce Dolobellæ comitiorū dies ſortitio prerogatiue quieſcit renūtiatur:tacet:prima claſſis uocatur:renunciatur. Deinde ut aſſolet ſuffragia. Tum ſecunda claſſis uocatur:quæ omnia citius ſunt facta q̄ dixi.Confecto negocio bonus Augur Lelium diceres: alio

die inquit.O impudentiam ſingularem:quid uideras?quid ſenſeras?quid audiueras?Nec enim te de cælo ſeruaſſe dixiſti?neqꝫ hodie dicis .Id igitur obuenit uitiũ. Quod tu iam Kal.Ian. futurũ eſſe preuideras? & tanto ante prædixeras . Ergo magna hercle ut ſpero tua potius q̃.R.P.calamitate ementitus es.auſpicia obſtrixiſti.P.R. religione ?augur auguri. Conſul conſuli nuntiauiſti . Nolo plura.ne acta Dolobellæ uidear conuellere quæ neceſſe eſt aliquando ad noſtrum collegium deferantur. Sed arrogantiã hominis:inſolentiãqꝫ cognoſcite?q̃diu tu uoles uitioſus conſul Dolobella. rurſus cum uoles:ſaluis auſpiciis creatus . Sed ſi nihil eſt cum augur his uerbis nuntiat.quibus nuntiaſti:confitere te cum alio die dixeris:ſobrium non fuiſſe . Sin eſt aliqua uis in iſtis uerbis ea quæ ſit:Augur a collega requiro.Sed ne forte multis rebuſ geſtis.M.Antonii rem unã pulcherrimam trãſiliat oratio.Ad Lupercalia ueniamus.non diſſimulat.P.C. apparet eſſe commotum ſudat pallet:quidlibet:modo ne nauſeam faciat :quod in porticu Numitia fecit.que poteſt eſſe turpitudinis tanta defenſio?Cupio audire.ut uideã ubi rhetoris tanta merces Vbi campus leontinus appareat.Sedebat in roſtris collega tuus amictus toga purpurea: in ſella aurea coronatus.aſcendis: accedis ad ſellam:ita eras Lupercus:ut te eſſe Conſulem meminiſſe deberes.Diadema oſtendis:gemitus toto foro.Vnde diadema.Non enim abiectum ſuſtuleras. ſed attuleras domo meditatum & cogitatum ſcelus .Tu diadema imponebas cum plangore populi. Ille cum plauſu reiciebat . Tu ergo unus ſcelerate inuentus es qui cũ autor regni inuentus eſſes eum quẽ collegã regni habebas: dominũ habere uelles. & idẽ tẽptares:quid.P.R.ferre & pati poſſet . At etiam miſericordiam captabas.Supplex te ad pedes abiciebas:quid petens?ut ſeruires.tibi uni peteres:qui ita a puero uixeras:ut omnia paterere:ut facile ſeruires.a nobis.P.qꝫ.R.mandatũ id certe non habebas.O præclarã illã eloquentiã tuã:cũ es nudus contionatus:Quid hoc turpius? Quid fœdius? Quid ſuppliciis omnibus dignius? Nũ expectas dũ te ſtimulis fodiã. hæc te ſi ullã partẽ habes ſenſus:lacerat Hæc cruentat oratio.Vereor ne imminuã uirorũ ſummorũ gloriã. Dicã tñ dolore cõmotus.Quid indignius q̃ uiuere eũ q impoſuerit

diadema?cũ omnes fateantur iure interfectũ eſſe qui abiecerit. At etiam inſcribi iuſſit in faſtis ad Lupercalia. C. Cæſari dictatori per petuo. M. Antoniũ conſulem populi iuſſu regnũ detuliſſe. Cæſa rem uti uoluiſſe. Iã iam minime miror te ociũ perturbare: nõ mo do urbẽ odiſſe ſed etiã lucẽ: cũ perditiſſimis latronibus nõ ſolum de die ſed etiam in diẽ uiuere. Vbi eni tu in pace cõſiſtes? Qui lo cus tibi in legibus & iudiciis eſſe põt: que tu q̃tũ dominatu regio ſuſtuliſti? Ne ideo ne. L. Tarquinius regno exactus: Sp. Caſſius Sp. Melius. M. Manlius necati: ut multis poſt ſeculis a. M. Anto nio ꝙ fas non eſt: Rex Romæ conſtitueret. Sed ad auſpicia rede amus: de quibus rebus idibus martiis fuit in Senatu Cæſar actu rus. Quæro tũ tu quid egiſſes? Audiebã quidẽ te paratũ ueniſſe quod me de mẽtitis auſpiciis quibus tñ parcere neceſſe erat: puta res eſſe dicturũ. Suſtulit illũ diẽ fortuna. P. R. Tum etiã tuũ de auſpiciis iudiciũ interitus Cæſaris ſuſtulit. Sed incidi in id tẽpus quod his de rebus in quas ingreſſa erat oratio: pretereundum nõ ſit quæ tua fuga? quæ formido illa die? Quæ propter conſcientiã ſcelerũ deſperatio uitæ? Cũ ex illa fuga beneficio eorũ qui te: ſi ſa nus eſſes: ſaluũ eſſe uoluerunt. Clã te domũ recepiſti? O mea ſem per fruſtra ueriſſima auguria rerũ futurarꝝ. Dicebã illis in Capito lio liberatoribus noſtris cũ me ad te ire uellent: ut ad defendendã Remp. te adhortarer: quoad metueres: omnia te ꝓmiſſurũ: ſimul ac timere deſiiſſes: ſimilẽ te futurũ tui? Itaq; cũ cæteri Conſulares irent & redirent: in ſentẽtia manſi: neq; te illo die: neq; poſtero ui di: neq; ullam ſocietatẽ optimis ciuibus cũ importuniſſimo hoſte fœdere ullo confirmari poſſe credidi. Poſt diẽ tertiũ ueni in ædẽ Telluris: æquidem inuitus. Cũ omnes aditus armati obſiderent. Qui tibi ille dies. M. Antoni fuit? Quanq̃ mihi ſubito inimicus extitiſti: tamen me tui miſeret: ꝙ tibi inuideris. Qui tu uir dii im mortales & quãtus fuiſſes? ſi illius diei mẽtem ſeruare potuiſſes? Pacem haberemus: quæ erat facta per obſidẽ Puerũ nobilem. M. Antonii filium. M. Bambalionis nepotem. quanq̃ te bonũ timor faciebat non diuturni magiſter officii? improbum fecit ea quæ dũ timor abeſt: a te non diſceſſit audacia. & ſi tum cum optimum te putabant: me quidem diſſentiente funeri Tyrãni illius ſceleratiſſi

me præfuiſti . Tua illa pulchra laudatio:tua miſeratio? tua cohortatio. Tu tu illas faces incendiſti: & eas quibus ſemiuſtum latus eſt:& eas quibus incenſa.L.Bellieni domus deflagrauit . Tu illos impetus perditorꝝ hominum & ex maxima parte ſeruorum quoſ nos ui manuqꝫ repulimus:in noſtras domus immiſiſti . Idem tamen fuligine abſterſa:reliquis diebus. ĩ Capitolio præclara.S.C. feciſti:ne qua poſt idus Martias immunitatis tabula neue cuiuſq̃ beneficii figeretur .Meminiſti ipſe de exulibus.Scis de immunitate quid dixeris.optimum uero ꝙ dictaturæ nomen ĩ perpetuum de Republica ſuſtuliſti:quo quidem facto tantum te cœpiſſe odium regni uidebatur . Vt regni eius omnem propter proximum Dictatorem tolleres metum.Conſtituta.R.P.uidebatur aliis:mihi uero nullo modo:qui omnia te gubernãte naufragia metuebã Num me igitur fefellit? aut num diutius potuit? ſui eſſe diſſimil' Inſpectantibus uobis toto Capitolio tabulæ figebantur: neqꝫ ſolum ſingulis ueniebãt immunitates? ſed etiam populis uniuerſis Ciuitas non tum ſingulatim:ſed prouintiis totis dabatur.Itaqꝫ ſi hæc manent que ſtante Repu.manere non poſſunt:ꝓuintias uniuerſas.P.C.perdidiſtis.neqꝫ uectigalia ſolũ: ſed etiam Imperium Po.Ro.huius domeſticis nundinis diminutum eſt.Vbi eſt ſepties milies Seſtertium:quod in tabulis quæ ſunt ad Opis:petebat? Funeſtæ quidem illius pecuniæ.Sed tamen ſi his quorũ erat non reddetur:quæ nos a tributis poſſet uindicare.Tu autem ſeſtertiũ quadringẽties quod Idibus Martiis debuiſti: quonam modo ante Kalendas Aprilis habere deſiiſti? .Quid ego de commentariis infinitis:Quid de innumerabilibus cyrographis loquar? ſunt ea quidẽ ĩnumerabilia q̃ a diuerſis emebant' nõ inſciente te:Sed unũ egregiũ de Rege Deiotaro.P.R.amiciſſimo decretũ in Capitolio fixũ.quo ꝓpoſito nemo erat qui in ipſo dolore riſũ poſſet cõtinere . Quis enĩ cuiq̃ inimicitior q̃ Deiotaro Cæſar? æque atqꝫ huic ordini.ut æqueſtri:ut Maſſilienſibus.ut omnibuſ q̄bus Rempu. Po.ro.caram eſſe ſentiebat . Sed igit' a quo uiuo nec præſens nec abſens quicq̃ æqui boni impetrauit:apud mortuũ factus ẽ gratuſ cõpulerat hoſpitẽ.præſens cõputarat.pecuniã imperarat .Medietetrachiã ex Græcis comitibus ſuis collocarat . Armeniã abſtulerat

a Senatu datam. hæc uiuus eripuit. reddidit mortuus. At quibus uerbis: modo æquũ ſibi uideri: modo non iniquũ: mira uerborũ complexio. At ille nũq̄ ſemp enim abſenti affui Deiotaro. quicq̄ ſibi quod nos ꝓ illo poſtularemus æquũ dixit uideri ſyngrapha ſeſtertii centies per legatos uiros bonos ſed timidos & imperitos ſine ſua: ſine reliquorum hoſpitum Regis ſententia facta in gyneceo. quo ĩ loco plurimæ res ueniere & ueneunt. qua ex ſyngrapha quid ſis acturus meditere cenſeo. Rex enim ipſe ſua ſponte nulliſ cõmentariis Cæſaris ſimul atq; audiuit eius interitũ ſuo marte reſ ſuas recuperauit. Sciebat homo ſapiens ius ſuper hoc fuiſſe: ut q̄ Tyranni eripuiſſent ea Tyrãnis interfectis hi quibus erepta eſſet recuperarent. Nemo igitur iure conſulatus: ne iſte quidẽ qui tibi uni eſt iure conſulatus per quẽ hæc agis ex iſta ſyngrapha deberi dicit pro his rebus quæ erant ante ſyngrapham recuperatæ. Non enim a te emit. ſed priuſ q̄ tu ſuũ ſibi uenderes ipſe poſſedit. Ille uir fuit. nos quidem contemnendi qui autorem odimus. acta defendimus. Quid ergo de cõmentariis infinitis. Quid de innumerabilibus chirographis loquar: quorũ etiam imitatores ſunt: qui ea tanq̄ gladiatorum libellos palam uendicent. Itaq; tanti acerui nummorũ apud iſtum conſtruũtur: ut iam appendiantur: nõ numerentur pecuniæ. At q̄ ceca auaricia eſt: nuper fixa tabula ẽ qua ciuitates locupletiſſimæ Cretenſium uectigalibus liberantur: ſtatuiturq; ne poſt. M. Brutũ Proconſulem ſit Creta prouintia. Tu mentis es compos: tu nõ cõſtringendus in Cæſaris decreto: Creta poſt. M. Bruti deceſſũ potuit liberari: cũ Creta nihil ad Brutũ Cæſare uiuo ꝑtineret. At huius uenditione decreti: ne nihil actũ putetis prouintiã Cretã perdidiſtis. Omnino ullius rei nemo fuit emptor: cui defuerit hic uenditor. & de exulibuſ legẽ quã fixiſti Cæſar tulit: nullius inſector calamitatem tantum quæror primũ eorum reditus inquinatos quorum cauſam diſſimilem Cæſar iudicauerit. Deinde neſcio cur reliquis idem nõ tribuas. neq; enim pluſ q̄ tres: aut quatuor reliqui ſũt. qui ſimili incalamitate fuerũt Cur tua miſericordia ſimili non fruuntur: Cur eos habes in loco patrui: de quo ferre cum de reliquis ferres: noluiſti: Quem etiam ad cenſuram petendam impuliſti eamq; petitionem cõparaſti que

& riſus hominum & quærelas moueret. Cur aũt ea comitia non
habuiſti? An quia Tri.ple.fulmẽ ſiniſtrum nũciabat? Tua quid
intereſt? nulla auſpicia tuorũ ſunt.cum ſis religioſus. Quid euu
dem in ſeptemuiratu nõne deſtituiſti? interuenit enim. Quid me
tuiſti: credo ne ſaluo capite negare non poſſes. omnibus eum con
tumeliis oneraſti quem patris loco: ſi menti ulla pietas in te eſſet
colere debebas filiam eius ſororem tuã eieciſti alia conditione que
ſita & ante perſpecta. Non eſt ſatis probri inſimulaſti pudiciſſimã
fœminam. Quid eſt quod addi poſſit? contentus eo non fuiſti.
frequentiſſimo Senatu Kalen. Iañ. ſedente patruo hãc tibi eſſe cũ
Dolobella odii cauſam auſus es dicer̃: ꝙ ab eo ſorori & uxori tuæ
ſtuprum oblatum eſſe comperiſſes. Quis interpretari poteſt? im
pudentior ne qui in Senatu. An improbior qui in Dolobellã: an
impurior patre audiẽte an crudelior qui in illam miſerã tam ſpur
ce: tam impie dixeris. Sed ad chirogropha redeamus: quæ fuit tua
cognitio: acta enim Cæſaris pacis cauſa confirmata ſunt a Senatu
que quidẽ Cæſar egiſſet: nõ ea quæ Cæſarẽ egiſſe dixiſſet Antoni
us. unde iſta erumpunt? quo autore proferuntur? ſi ſunt falſa: cur
approbantur? ſi uera cur ueneunt? at ſic placuerat ut ex Kalen. Iu
niis de Cæſaris actis cum conſilio cognoſceretis. quod fuit conſili
um? quẽ unq̃ aduocaſti? Quas Kalen. Iunias expectaſti? An eas
quas te peragratis ueteranorũ coloniis ſtipatũ armis retuliſti? O
præclarã illã percurſationẽ tuam menſe Aprili atq; Maio tum cũ
Capuam deducere conatus es: quemadmodũ illam adieris: uel po
tius pene non adieris ſcimus. Scimus enim cui tu Vrbi minitaris
utinã conere aut aliqñ illud pene tollatur. At q̃ nobilis eſt tua il
la peregrinatio? Quid prandiorũ apparatus? Quid furioſã uiolẽ
tiã tuã proferã? Tua iſta detrimenta ſunt? Illa noſtra. agrũ Cãpa
nũ qui cũ de uectigalibus eximebat̃ ut militibus daret̃: tñ infligi
magnũ. R. P. uulnus putabamus. hunc tu cõpranſoribus tuis &
colluſoribus diuidebas. minos dico & minas i agro. P. C. Campa
no collocatos. qd iã q̃rar de agro Leõtino? qñquidẽ hæ quondam
arationes Campani & Leontini in. P. R. patrimonio glandifere &
fructuoſe ferebantur. Medico. iii. milia uigerum quaſi te ſanum
feciſſet. Rhetori duo quaſi diſertum facere potuiſſet. Sed ad iter

Italiamq; redeamus. Deduxiſti coloniā Caſilinū quo Cæſar ante deduxerat. Cōſuluiſti me p litteras de Capua: tu quidē: ſed idē de Caſilino reſpōdiſſem: poſſes ne ubi colonia eſſet: eo coloniā nouā iure deducere? Negaui in eam coloniam quæ eſſet auſpicato deducta dum eſſet īcolumis coloniam nouam iure deduci colonos nouos aſſcribi poſſe: reſcripſi. Tu autem inſolētia elatus omni auſpiciorum iur̄ turbato Caſilinum coloniam deduxiſti: quo erat paucis annis ante deducta: Vt uexillum uideres & aratrū circūduceres cuius quidem uomere portam Capuæ pene perſtrinxiſti. ut florētis coloniæ territoriū minueretur. Ab hac religionum perturbatōne. aduolas in. M. Varronis ſanctiſſimi? atq; interrigimi uiri fundum Caſſinatē. Quo iure? quo ore? eodem inquies quo in heredum. L. Rubrii: quo in heredum. L. Turſecii prædia: quo in reliquas innumerabiles poſſeſſiones. & ſi ab haſta ualeant tabule modo Cæſaris non tuæ: quibus debuiſti: nō quibus tu te liberauiſti Varronis quidem Caſſinatem fundum quis ueniſſe dicit? Quis haſtam iſtius uenditionis uidit? quis uocē præconis audiuit? Miſiſſe te dicis Alexandriam qui emeret a Cæſare. ipſum enim expectare magnum fuit. quis uero audiuit unquā: nullius autem ſaluſ cure pluribus fuit. De fortunis Varronis rem ullam eſſe detractā Quod ſi etiam ſcripſit ad te Cæſar ut redderes. Quid ſatis poteſt dici de tanta impudentia? Remoue gladios illos parumper quos uidemus. Iam intelliges aliam cauſam eſſe haſtæ Cæſaris: aliā confidentiæ & temeritatis tuæ. Non enim te dominus modo illis ſedibus: ſed quiuis amicus uicinus hoſpes ꝓcurator arcebit. At q̄ multos dies in ea uilla turpiſſime es pbacchatus? Ab hora tertia bibebat̄ ludebat̄ uomebat̄. O tecta ipſa miſera q̄ diſpari dn̄o: q̄q̄ quomodo iſte dn̄s? ſed tn̄ q̄ a diſpari tenebant̄. Studiorū eni ſuorum. M. Varro uoluit eſſe illud nō libidinū diuerſorū. Quæ in illa uilla ante dicebant̄? Quæ cogitabant̄? Quæ litteris mandabātur Iura. P. R. monumenta maiorū. omniſ ſapiētiæ ratio omniſq; doctrina. At enī te inqlino: nō enim dn̄o pſonabant omnia uocibus ebriorum: natabant pauimenta uino. madebant parietes. Ingenui pueri cum meritoriis: ſcorta inter matreſſamilias uerſabāt̄. Caſilino ſalutatū ueniebāt. A quo Interamna admiſſus eſt nemo.

iure id quidem.ĩ homine enim turpiſſimo obſolebant dignitatis
inſignia .Cum inde Romã proficiſcẽs ad Aquinum accederet ob
uiam ei proceſſit ut eſt frequens municipium: magna ſane multi
tudo.At iſte operta lectica latus eſt per oppidũ ut mortuus.Stul
te Aquinates.ſed tamen in uia habitabant .quid Anagnini? q cũ
eſſent deuii obuiam ei deſcenderũt: ut iſtum tanq̃ ſi eſſet Conſul
ſalutarent?Incredibile dictu. Sed tum nimis inter omnes conſta
bat neminem eſſe reſalutatum.preſertim cum duos ſecum anagni
nos haberet Muſtelam & Laconem : quorũ alter gladiatorum eſt
prĩceps.alter poculorũ. Quid ego illas iſtius minas cõtumeliaſq;
cõmemorem quibus inuectus eſt in Sidicinos? Vexauit Puteola
nos ꝙ.C.Caſſium:ꝙ Brutos patronos adoptaſſent. Magno qui
dem iudicio:ſtudio:beniuolentia:caritate:nõ ut te ut baſillum ui
& armis & alios ueſtri ſimiles?quos cliẽtes nemo habere uelit nõ
modo eſſe illorũ cliens.Interea dum tu abes:qui dies ille Collegę
tui. Cũ illud quod tu uenerari ſolebas buſtum in foro euertit? q̃
re tibi nuntiata ut conſtabat inter eos:qui una fuerunt concidiſti
quid euenerit poſtea:neſcio.metum credo ualuiſſe & arma. Colle
gam quidẽ de cælo detraxiſti.effeciſtiq; non tu quidem etiã nunc
ut ſit ſimilis tui:ſed certe ut diſſimilis eſſet ſui. Qui uero reditus
inde Romã?Quæ perturbatio totius urbis?Memineramus Cin
nam nimis potentem .Syllam poſtea dominantem.Cæſarem reg
nantem uideramus.erant fortaſſe gladii. Sed tamẽ abſconditi nec
ita multi.Iſta uero quæ & quãta barbaria eſt? Agmine quadrato
cum gladiis ſequuntur ſcutati milites. Lecticas portari uidemus:
atq; his quidem iam ĩueteratis.P.C.conſuetudine obduruimus.
Kalendas Iunii.cum in Senatum ut erat conſtitutum uenir̃ uelle
mus metu ꝑterriti repente diffugimus.At iſte qui Senatu nõ ege
ret:neq; deſiderauit quẽq̃.& potius diſceſſu nr̃o lætatus eſt ſtatiq;
illa mirabilia facinora effecit.qui cyrogropha Cæſaris defendiſſet
Lucri ſui cauſa is leges Cæſaris eaſq; ꝑclaras ut .R.P.cõcutere poſ
ſet euertit.Numerũ annorũ ꝓuintiis ꝓrogauit.Idẽq; cũ actorum
Cæſaris defẽſor eſſe deberet. & in publicis & in p̓uatis rebus acta
Cæſaris reſcidit.In publicis actis nihil eſt lege grauius.In p̓uatis
firmiſſimum eſt teſtamentũ.leges alias ſine ꝓmulgatione ſuſtulit

alias ut tolleret promulgauit. Teſtamentū irritum fecit? Quod etiam infimis ciuibus ſemper obtētū eſt. ſigna tabulas quas populo Cæſar una cum hortis legauit eas hic partim ĩ hortos Pompeii deportauit partim in uillam Scipionis. Et tu in Cæſaris memoria diligens? Tu illum amas mortuum? Quem is maiorem honorē conſecutus erat: q̃ ut haberet puluinar: ſimulacrum: faſtigium? flaminem. Eſt ergo flamē ut Ioui: ut Marti ut Quirino ſic diuo Iulio. M. Antonius. Quid igitur ceſſas? Cur non inaugurare? ſume diem? uide qui te inauguret. Collegæ ſumus: nemo negabit. O deteſtabilem hominem. ſiue ꝙ Tyrãni ſacerdos es. ſiue ꝙ mortui. Quæro deinceps num hodiernus dies quis ſit: ignores? neſcis heri. quartū in Circo diem ludorū Romanorum fuiſſe? te autē ipſum ad populū tuliſſe ut quintus. præterea dies Cæſari tribueret? Cur nō ſumus p̄textati? Cur honorē Cæſaris tua lege datū deſeri patimur? An ſupplicationes addendo diē contaminari paſſus es. Puluinaria noluiſti? aut undiq; religionē tolle aut uſq;quaq; conſerua. Quæ res placeat ne mihi puluinar eſſe: faſtigiū: flaminem? Mihi uero nihil iſtorum placet. Sed tu qui acta Cæſaris defendis quid potes dicere: cur alia defendas: alia nū cures? niſi forte uis fateri te omnia quæſtu tuo: non illius dignitates metiri: Quid ad hæc tandem? Expecto eloquentiam tuam. diſertiſſimum cognoui Auum tuum, at te etiam apertiorem in dicendo. Ille nunq̃ contionatus eſt nudus tuum hominis ſimplicis pectus uidimus. Reſpōdebis ne ad hæc? aut omnino hiſcere audebis? Et quid reperies ex tã longa orōne cui te reſpōdere confidas? Sed p̄terita omittamus hūc unū diē: hūc unū inquã hodiernū diē hoc punctū temporis: quo loquor: defende ſi potes. Cur armatorū corona Senatus ſeptus eſt? Cur me tui ſatellites cū gladiis audiūt? cur ualuæ concordiæ nō patēt? cur homines omniū gentiū maxime Brbaros Ithyreos cū ſagittis deducis ĩ forū? præſidii ſua cã ſe facere dicit. Nōne igit̃ milies perire ē melius: q̃ in ſua ciuitate ſine armatorū p̄ſidio nō poſſe uiuere? Sed nullum eſt iſtuc: mihi crede: p̄ſidiū. Caritate & beniuolentia ciuiū ſeptū oportet eſſe: non armis. Eripiet, extorquebit tibi iſta. P. R. utinam ſaluis nobis. ſed quoquomodo nobiſcum egeris: dum iſtis conſiliis uteris nō poteſt eſſe crede mihi:

diuturnus.Etenim iſta tua minime auara cõiunx quã ego ſine cõ tumelia deſcribo nimium debet diu P.R.: penſionem tertiam.ha bet.P.R. ad quos gubernacula.R.P.deferat: qui ubicũq; terrarũ ſunt.Ibi eſt omne Reipu.præſidium:uel potius ipſa Reſpu.quæ ſe adhuc tantũmodo ulta eſt:non dum recuperauit. Habet quidẽ certe.R.P.adoleſcentes nobiliſſimos paratos defenſores.q̃ uolent illi cedant ocio conſulentes.tamen a Repu.reuocabunt᷑.Et nomẽ pacis dulce eſt:᷑& ipſa res ſalutaris. Sed inter pacẽ & ſeruitutẽ plu rimũ intereſt.Pax eſt tranquilla libertas: Seruitus poſtremũ ma lorum omnium non modo bello:ſed morte etiam repellendum. Quod ſi ſeipſos illi noſtri liberatores e conſpectu noſtro abſtule runt.At exemplum facti requirũt. Illi quod nemo fecerat fecerũt Tarquinium Brutus bello eſt perſecutus:qui tamen rex fuit cum eſſe Romæ regẽ liceret.Sp.Caſſius.Sp.Melius.M.Manlius prop ter ſuſpitõnem regni appetendi ſunt necati.Hi primi cum gladiiſ non in regnũ appetentem.Sed in regnantem impetum fecerunt. Quod cũ ipſum factũ per ſe clarũ atq; diuinum eſt:tum expoſitũ ad imitandum:᷑præſertim cum illi gloriã conſecuti ſunt quæ uix cælo capi poſſe uideatur.Et ſi enim ſatis in ipſa cõſcientia pulcher rimi facti fructus erat:᷑ tamen immortalitatẽ non arbitror cõtem nendam.Recordare igitur illum.M.Antoni diem quo dictaturã ſuſtuliſti. Pone ante oculos læticiam Senatus.P.q;.R. confer cũ nummatione tua tuorumq; tũ intelliges quantũ inter laudem & lucrum interſit: Sed nimirum ut quidã morbo aliquo & ſenſus ſtupore ſuauitatem cibi non ſentiunt. Sic libidinoſi auari facino roſi uere laudis guſtũ non habent. Sed ſi te laus allicere ad recte faciendum nõ poteſt ne metus quidem a fœdiſſimis factis poteſt auocare:᷑Iudicia non metuis:᷑ſi propter innocentiam laudo.ſi ꝑp ter uim.non intelligis ei qui iſto modo iudicia non timeat: quid timendum ſit.Quod ſi non metuis uiros fortes egregioſq; ciues ꝗ a corpore tuo prohibent᷑ armis: Tui te:crede mihi:diutius nõ ferẽt.Quid eſt autem multos dies & noctes timeri a ſuis:᷑niſi ma ioribus habes beneficiis obligatos: q̃ ille quoſdam habuit ex his a quibus eſt interfectus. An tu es ulla re cum eo comparandus:᷑ fuit in illo ingeniũ ratio memoria litteratura cogitatio diligentia

res bello geſſerat :q̃uis Reipu.calamitoſas.attamen magnas :non multos annos regnar̃ eſt meditatus:magno labore:multis pericu lis quod cogitauerat effecerat:muneribus monumẽtis congiariis epulis multitudinem imperitã lenierat ſuos præmiis: aduerſarios clementiæ ſpetie deuinxerat. Quid multa? Attulerat iã libere Ci uitati partim metu:partim pacientia conſuetudinẽ ſeruiendi. Cũ illo ego te dominandi cupiditate cõferre poſſum.Cæteris uero re bus nullo modo es comparandus.Sed ex plurimis malis quæ ab illo Reipub.ſunt inuſta. Hoc tantum boni eſt:quod didicit iam P.R.quãtũ cuiq; crederet:quibus ſe cõmitteret: a quibus caueret Hæc igit̃ nõ cogitas: nec intelligis ſatis eſſe uiris fortibus didiciſ ſe q̃ ſit pulchrũ beneficio gratũ:fama glorioſum Tyrannũ occide re? & cũ illum homines nõ tulerint te ferrent .Certatim poſt hac: mihi crede:ad hoc opus curretur. nec occaſioĩs tarditas expectabi tur.Reſpice quæſo aliquando Rempu.M.Antoni quibus ortus ſis:nõ quibus cum uiuas:conſidera mecũ ut uoles: cũ Republica redi in gratiam.Sed de te tuipſe uideris .Ego de meipſo ꝓfitebor Defendi Rempu.adoleſcẽs.non deſeram ſenex.Contempſi Catili næ gladios.nõ pertimeſcam tuos. quin etiam corpus libenter ob tulerim ſi repræſentari morte mea libertas ciuitatis poteſt. Vtinã aliquãdo dolor P.R. pariat:quod iam parturiit. Etenim ſi abhĩc annos prope.xx.hoc ipſo in templo negaui poſſe mortem imma turam eſſe Conſulari:quanto uerius nũc negabo ſeni? Mihi uero P.C. iam etiam optanda mors eſt perfuncto rebus eis quas adep tus ſum :quaſq; geſſi . Duo modo hæc opto. Vnum ut moriens P.R.liberum relinquam.hoc mihi maius a diiſ immortalibus da ri nihil poteſt .Alterũ ut ita cuiq; eueniat:ut de Republica quiſq; mereatur .:

Abſolutum opus orationum Marci Tullii Ciceronis: Quas ſele git Iunianus Maius Eques Neapolitanus & rhetor publicus. Im preſſit Mathias Morauus ingenio & arte ſingulari: Neapoli.M. CCCC.LXXX . Anno parum ſalubri:& turcarũ incurſione in feſto.xvii .Nouembris Sub Ferdinando Rege.